
IN FESTA
ANNI TOTIUS
CONSIDE-
RATIONES
R. P. GASPARIS
DRUZBICKI
SOCIETATIS JESU.

Meditaturis ad pios affectus, Concionaturis, Exhorta-turis, ad devotos impetus.

Accommodatæ.

CALISSIJ,
Typis Collegij Societatis IESU 1680.



CLARA nitet VALLIS Soleæ ſplendor
Cruciſque,
Clarior à meritis eſt quoq́;facta Tui
POSTHUMA quin veniant ad tanta
LUMINA LUCEM?
Ut tandē Lucem, lecta videre queant

Perillustri & Reverendissimo Domi

D. IOANNI

à Roxyce

ZAPOLSKI

Abbati Landensi, Sacri Ordinis Cistertiensis per Poloniam, Russiam, Prussiamque COMMISSARIO, Vicario Generali, S.R.M. Secretario.

SEquimur, quo Tuæ Soleæ ducunt vestigia, Reverendissime Domine. Non errat à summorum Atrijs, qui illius ductu, Herôas, vel Magna vestigat nomina, quæ adoret. Vel si per umbras, quas ju-

…atæ modeſtiæ leges obtendun
incedat; in CLARAS VAL
LES facilè impinget. Quamv
& Valles in collē abeunt, dun
qui eas incolit, ſecum nativ
Magnitudine attollit. Neque t
aliud præſtas, qui molem anim
(quâ Romanos antea colles in
ter ingenij palmas,
Doctarumq́; hederas præmia frontium
pænè ſuperâſti) Landensis Ab
batiæ anguſtijs coarctas, eam
que tecum faſtigio donas. Hî
enim quantùm emines, ſeu na
tivus generis apex ſpectetur, ſe
Honoris, qui Virtutis pediſſequ
ut vel umbras Sole induit, ſic i
cœlo viam Solibus his deſcri
bit. Atque hoc in Te faſtigium
Aræ majores adorant, & in cul
tum ſupparem ire pleraque co
guntur Volumina. Eat poſthu
mum opus R. P. Gaſparis Dru
zbicki

zbicki, cui cæleſtem ſcribendi dicendique venam indidit jugis Cæleſtium contemplatio. Vix unquam te coluit magis, quàm ſe Tibi tantus in pagina ſubmittet Gigas. Sic enim eum compello, ne ſtaturam virtuti detraham, quam tu in eodem olim adamâſti; & cælum ut fides humana adſtruit; coronat. Munus ergo id, pretium ducet ab Auctore; ſed nec viluit ab argumento. Nam libri argumentum eſt, quo nullum divinius; nempe DEVS ipſe, Divique omnes, quorum corollæ in ſtimulum cordis acuuntur. Pleraque inter hos Primæ vel Secundæ Claſsîs Nomina; quibus ille ſe imprimit inſeritque, quiſquis exprimit. Porrò ut exprimat, artificio virtutis opus eſt, quod ſola non facilè pariunt exem-

pla, nisi igniculos addat Con-
templatio. Hic verò ignis ve
Pelei senectam in vividum vi
tutis vigorem recoquit; im
sanctæ cogitationis æstu parit
tiam Seraphinos. Facilè etenin
ignescunt mentes, quæ ignen
è cælo post Prometheum suffi-
rantur: at meditatio alas men
tibus affigit, quibus in cælos si
ne ope Dædalæa subvolent
ignemque illum inde attrahan
Atque huc liber hic conducit
dum Lectorem transfert in s
dera, imò qui hunc evolvit
cælum in moribus gerit, Divo
que sibi familiares circumfert
aut certè dum supernis animum
immergit, ac per Divina men
tem circumagit; jam hîc terr
veluti hospes, cæli fit incola
Vnam eidem libello (qui inte
Scriptoris & argumenti mode
stiam

ſtiam, Tuo inſcriptus Nomine, parum abeſt, ut intumeſcat) unum illi vovemus, ut ſicut ſæpius tibi mentem in cælos transfert Viatori; ita ſerò è terris (nam terris tanta diu haud invidemus Nomina) ſerò inquam cælis tranſmittat Comprehenſorem.

Ita vovet

Perilluſtri & Reverendiſs: Antiſtiti

Devinctiſſimum
Collegium Caliſſienſe
SOC: JESU:

APPROBATIO

R. P. Provincialis Societatis IESV Per Poloniam.

COnſiderationes in Anni totius Feſta à P. GASPARE DRVZBICKI conſcriptas cum Patres ad revidendum deputati, recognoverint, & in Lucem edi poſſe probaverint, Poteſtate Patris noſtri JOANNIS PAVLI OLIVA Præpoſiti Generalis Societatis noſtræ, mihi conceſsâ, concedo ut Typis mandentur: Cracoviæ 26. Junij 1678.

STANISLAUS BRANICKI.

IN FESTO SANCTI ANDREÆ APOSTOLI.

Ambulans Iesus circa mare Galilææ. Matt. 4.

QUid facit aliud Jesus in Sanctissimo Sacramento orbem totum perarans, nisi juxta mare ambulans mundi, quærit dignos se, quos vocet, & quibus dicat, venite post me. O quàm rari sunt, quos in hoc mari videt, vocat, & facit fieri piscatores hominum! Quanta hominum turba hoc mare navigat, nec vocatur? quantus numerus meorum notorum & propinquorum periclitatur in hoc Oceano, ego solus utique non optimus omnium evocatus sum, & dictum est mihi; Veni post me. Gratiæ tibi mi Jesu qui me vidisti, vocasti, fecisti. O si dignus sim vocatione meâ dignè ambulare! ô quantùm tibi debeo, qui me nihil merentem elegisti! O Jesu qui hoc obis mare tam frequens, cur to-

ties periclitor in illo? cur tempesta bus turbatur? cur tot monstris abund Dic verbum, impera ventis, & obmu scent.

2. Ambulans Iesus iuxta mare

Nubes Sol è mari trahit & Sol Ch stusDominus è mundo Discipulos O nes Apostoli, præter Matthæum è m vocati, Christo debent, quia nō sunt cu hoc mundo damnati. Ille enim ele eos, non illi ipsum. Sæpè fit ut parva n bes, quasi vestigium pedis contemptil lis, in maximas nubes & fulgetra deg neret. Ubi autem deciderit fructum i cit. Num magni viri Apostoli? contem tibiles secundùm externum hominen quomodo tamen ut nubes volant, pe cata debellant, & fructuosum agrum E clesiæ pariunt?

3. Vidit duos.

Oculi Christi in charitatem aspic unt. Cur tam pauci à Christo videntu quia in paucis charitas mutua. Duos v dit, sed Fratres eidem operi concord ter intentos, eiusdem artis sectatore Vocari vis à Christo? Charitatem col sectare pacem. Vidit mittentes retia

cap

piendos pisces, retia in mare, quos
osdem vidit missuros fuisse Evange-
lum in orbem ad capiendos homines.

Vidit duos fratres. Rarò Deus duos fra-
tres videt, quia rari duo fratres: An fra-
tres Abel & Caim? An fratres Japhet &
ham? Isaac & Ismael? Jacob & Esau? Jo-
eph & alij 11. Abimelech & 70. Gedeonis
lij? Rara est concordia fratrũ. Ideo enim
icitur, Jacob dilexi, Esau odio habui, i-
eo dicitur; Unus assumetur alter relin-
uetur.

4. *Vidit.*

Quidni videret, qui totus est lux?
Totus oculus est, cui nuda & aperta om-
ia. Qui finxit oculum non videbit?
Vidit? An & ipsi non viderant Jesum?
iderant; sed priùs visi ab Jesu. Non e-
im est currentis nec volentis, sed Dei
niserentis; ipse prior dilexit nos, ipse
legit nos, non electus à nobis. Vidit &
nisertus est, vidit & vocavit; vidit vili
abori & non satis utili intentos, nec sa-
is tuto, & ad tutiora eduxit Commer-
ia. Solius est Christi talis visio, quia
Dominus est oculus hominis. O Domi-
ne tu es Deus, qui vidisti me prior, ego
autem non vidi te. vidisti sanctos tuos

ut gemmas inter lapillos & viles glare
Gemmilegæ aliqui, etiã per aquas in fu
do gemmas vident. Et profunda fluv
rum scrutatus est oculus Domini, & a
scondita produxit in lucem. Nempè o
ne pretiosum vidit oculus Domini. D
mine quãdo respicies? restitues anima
meam mihi quam perdidi? Ego aute
faciem tuam requiram semper, quia b
num est mihi videri à te.

5. *Vidit mittentes rete in mare.*

An non erant alij speciosioribus i
tenti? cur hos tamen respicis Domi
Jesu? ô divitiæ oculus Christi! quis scr
tabitur eas? libens videt mittentes r
tia, lubens videt reficientes, lavante
trahentes, laxãtes verbi sui retia in c
pturam animarum. Unde & præsente
statum Ecclesiæ, SagenæMissæ, compara
congreganti ex omni genere piscium,
ad littus extremi judicij. At relinquen
tes retia videt avidissimè, eos scilicet q
se expediunt à curis sæculi.

6. *Mittentes rete in mare.*

Multiplex rete est, quia à multis mi
ttitur in hoc mare. Mittit Christus ret
fidei

lei, rete Crucis (omnia traham ad me) te calamitatum; Extendam rete meum per Hierusalem, & adducam eam in Babyloniam; Sunt & retia diaboli, de quibus S. Antonius, Domine quis evadet? unt retia Hereticorum, fallaciæ, calumniæ, rapinæ, quibus Monasteria, Templa, Moniales, Monachos, &c. venatur. unt retia carnis & mundi. Rete est familiaritas, habitus vitiosi, opes, & multæ possessiones ut patet in illo juvene quẽ Christus dilexerat. Sunt retia politicorum, Hypocrisis, adulatio, fictio, mendacia. Claude me mi JESU reti tuo, & da mihi gratiam; quàm plurimos ab istis pestilentibus retibus abducendi, & tuis cõcludendi. Est etiam rete Oratio ad Deum & prædicatio Evangelij: Ait Paulus, astutus, dolo vos cepi. Multa sunt retia, quædam aquis magnis, quædam parvis, quædam magnis tantum piscibus, quædam etiam parvis apta.

7. *Mittentes rete; reficientes retia.*

Alij sunt qui rete mittunt, alij qui reficiunt, alij qui in retibus sunt, alij qui retia trahunt. Væ illis, qui in retibus impiorum sunt, sed multò magis væ, qui in

cathedra pestilentię sedent, suâ non co[illegible]tenti pernicie, nisi etiam plures in na[illegible]sam trahant. Difficilè isti retia relinqu[illegible] quia maximè in retibus delectantur, il[illegible] faciliùs qui juxta quidem retia sunt, e[illegible]tra tamen illa. Utrumque tamen grati[illegible] Domini est.

8. *Venite post me.*

Ecce rete Verbum Christi. Ecce is[illegible] Christus, videt ut trahat. Quantos pisc[illegible] trahit? Continuò relictis retibus, ait [illegible]vangelium, secuti sunt eum. O quis d[illegible] tam promptas aures! Sed cur ait, Veni[illegible] post me, non verò mecum, vel ante m[illegible] Magnus piscator es tu Domine JESU, i[illegible]dustrias tuas nos non assequemur. S[illegible]tis nobis est si post te venimus, nam [illegible] tecum eamus non opis est nostræ, g[illegible]gantem æquare non valemus. Mul[illegible] autem minùs ante te ire præsumimu[illegible] Tu enim es Dux, tu Magister, tu Dom[illegible]nus, tu lucerna, Tuum præire est, n[illegible]strum sequi.

9. *Faciam vos piscatores hominum.*

Vide quæ tua sit vocatio, quod m[illegible]nus, quomodo illud exequaris. Vi[illegible] quàm peritus sis artis piscatoriæ, quà[illegible] bo[illegible]

na retia habeas? quàm bonam navim? sis aquarũ experiens? quâ arte hi quâ i capiendi pisces? hoc est, animi curan-. Jam verò an parcas laboribus, an iam totas noctes insumas laborando, reficias, an laves retia, an in altum ittas, an in dexteram? Digna sunt hæc nnia, ut se piscator hominum ad hæc nnia exploret. Tuane culpa est, quòd nti pisces vagantur? tua culpa est, quòd brevia aliqua rete abductum est. Hæc ide.

10. Continuò secuti sunt eum.

statim! & semper! & relictis vasis! Non ixit Christus, relinquite omnia & veni-, & tamen illi reliquerunt omnia. Sic aturaliter citò intellexerũt Christi vointatem, non ex verbo sed ex exemplo. iderunt Christum nihil post se ferenem, non retia, non naves, non instruienta. Venire post se jubebat, & quoiodo esset veniendum exemplo suo doebat, scilicet relictis omnibus. Responerunt ergo Christo Apostoli, & præcilente ipso psalmum ad respondendum uccantârunt. Dixerat Christus, venite oost me; statim secuti sunt; Dixerat, Men-

dicus & pauper ego ; responderunt, r
lictis omnibus sequimur te ; Dixerat
in laboribus à juventute mea,respond
runt, & nobis bonum est portare jugu
tuum suave, ô Domine,ab adolescenti

11. Secuti sunt eum.

Per omnia secutus est Sanctus An
dreas Christum. Primus omnium secu
tus est Christum. Christum pauperem
egenum, nullâ spe, nullo præmio, null
longâ persuasione inductus, ignotum
contemptibilem, nullis visis miraculi
Tot credimus mira de Dei bonitate ju
stitiaque, tot flagellis cogimur,tot præ
mijs vincimur, tot promissis trahimu
ut mundo relicto, ut vanitate rejec
Christum sequamur,eique tandem reso
lutè serviamus. Primus Andreas omn
um vocantem amare didicit,& nescio a
quis plus amaverit. Vidisti virum velo
cem in opere suo?Coram Regibus stabi
Quis velocior Andreâ ad Crucem ?
Crux animo diu te desideranti præpar
ta!venio ad te, tu exultans suscipias m
Quid? Crux exultet? caret sensu. Exult
tamen quia Discipulum Christo non in
dignum suscipiet. Exultavit, cum Chr
stu

tum ferret, unde terræ motus factus est: etiam cum me feret, exultabit, emittet radios & lucem magnam. Vis ostendere hominem mundo, Christi amantem? Andream Crucifixum ostende, dicens; Ecce quomodo amabat eum! Impletum est illud in Andrea Educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius, quia S. Andreas per modum Christi Crucifixi crucifigendus erat. At nunquam gratiosior Christo quàm in Cruce, in qua duobus pependit diebus vivus, & deponi noluit nisi mortuus. Quare meritò gloriari potuit Andreas, quid Job ait de se, Vestigia ejus secutus est pes meus.

12. *Faciam vos fieri piscatores hominum.*

Magna ars, & summè difficilis, omnium autem Deo gratissima, ars artium, regimen animarum. Rudimenta hujus artis & perfectionem Christus docet. Inventor hujus artis, Christus est. Liber hanc artem continens, vita Christi, vita Pauli, vita Andreæ, Vita virorum Apostolicorũ. Recole vitas istas, & exprimere contende, quisquis magnus animarum piscator esse vis, & esse debes.

13. *S. Andreas similis Moysi, quia a mari sumptus, sicut ille de aquis.*

Moses & Aaron Sinagogam fundârunt, & primi ejus lapides sunt, Andrea & Petrus ad Ecclesiam fundandam primos se lapides dederunt Similis Andreas Principi Tribus Juda, qui primus ausus est ingredi alveum maris post Mosei formidantibus cæteris, inter duo maria Primus enim Andreas Christum ex Ægypto ad terrã promissionis vocantem & ad perfectionem Evangelicam invitantem sequi ausus est. Similis Helisæo quem Elias super aquam Jordanis ambulans vocavit ad se sequendum. Sic enim & Christus Andream ad se vocavit

IN FESTO SANCTI NICOLAI EPISCOPI

Homo quidam peregrè proficiscens vocavit servos. *Matt.25.*

Tradit illis bona sua.

1. QUid enim negasti Domine JESU servis tuis scilicet nobis, qui das in

n Sanctissimo Sacramento te ipsum no-
bis? Tradis illud nobis ad tractandum,
ad conficiendum, ad gustandum, ad su-
mendum. Tradis illud tanquam pignus
& arrham amoris tui: tradis tanquam
spem & solatium desideriorum, quibus
anhelamus ad vitam æternam: tradis
tanquam officinam, instructissimam om-
ni instrumentorum, ad virtutum opera
exercenda idoneorum, genere: tradis
tanquam medicinam, tanquam ornatum,
tanquam vestem, tanquam cibum, tan-
quam regnum: tradis illud, tanquam ta-
lentum quintuplex, duplex, simplex, pro
diversitate eorum, quibus illud tradis. O
nobile! ô lucrificum talentum, si quis
illo negotiari sciat! doce me Domine
JESU negotiari illo talento tuo magno,
ne illud perdam, ne pro vili aliquo lu-
cro commutem, sed ut cælestia talenta
illo lucrer: tradis nobis Domine JESU
bona tua, possessiones tuas, & tradis in
bonum & commodum nostrum. Bona
tua sunt corpus, anima, divinitas, gratiæ,
merita, virtutes, gloria: hæc omnia tra-
dis nobis, quando corpus tradis; & hæc
omnia bona sunt, & tua sunt. O si hæc
bona æstimare, illisque uti sciamus.

2. *Homo quidam peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua.* Matt. 25.

Deus omnibus creaturis alijs ab homine, tradidit bona ipsarum creaturarum, ipsarum scilicet naturis debita: id ipsum & homini fecerat, quem ab initio fecerat rectum, id est omnibus bonis naturæ suæ debitis instructum, sed ubi hæc homo perdidit, misericors Redemptor, tradidit hominibus bona sua, non jã ipsis debita, sed sua, quibus eos jussit negotiari, donec veniret, volens scilicet imponere hominibus necessitatem diligentis custodiæ, circa hæc bona ab ipso accepta, nec ita ut prioribus fecerat negligenda; cum primis donis, quando illa Deus homini dedit posuit eum in Paradiso ut eum operaretur, nullá ibi factâ mentione creditus sui, & exactionis ab illo eorundem donorum. Quare factus homo negligens dissipavit omnem substantiam suam. Cum ergo iterum Deus hominem ditasset, tradidisset illi bona sua, jam illi rationem se exacturum minatur, cum ait, negotiare dum venio. Gratias age anima mea pro his bonis, quæ tibi Dominus tuus tradidit, pro bonis

is scilicet gratiæ, pro supernaturalibus
onis, virtutibus, auxilijs, Sacramentis
c vide quomodo illis utare, quomodo-
ue uti debeas ; propone hæc bona Do-
nino diligenter servare, nec servare so-
um, sed etiam augere.

3. *Vocavit servos suos.*

Vocavit nos Deus hoc ipso quia crea-
it : ex vi enim creationis habet jus in
os dominatûs. Ideo id illi facere licet
uod vult, & vocare, & bona sua trade-
e, & cui, & quando, & quantum tradere;
ui dat quinque, gratiam facit ; cui dat
num, injuriam non facit: utrique tamen
egotiationis onus imponit, quia bona
unt ejus, quæ dat, & non nostra propria,
uibus dat. O anima mea, non ne Deo
ubjecta eris? non repetes Deo frequen-
er, Ecce ancilla Domini ego sum? non
audebis te servam esse ejus cui sevire
egnare est: O Domine ego servus tuus,
filius ancillæ tuæ. Ne te excusa, ô ho-
no, quasi vocatus non sis. creatus es? hoc
pso jam vocatus es : quàm necessario
reatura es, tam necessario vocationem
tam audire obligaris. Quid igitur agis,
uando te vocatum negas? quando vo-
canti

canti repugnas? nisi te creaturam esse n
gas, nisi te creaturam esse indignaris. (
creatura agnosce aliquàndo bonum ti
um esse, ut subjecta ei sis, à quo accep
sti, quod sis.

4. Tradidit eis bona sua.

Quis gloriabitur se aliquid habere
à se habere? quis gloriabitur se aliqui
esse cum nihil sit? Quid habes quod no
accepisti? si autem accepisti, quid gloria
ris quasi non acceperis? quid accepti
repugnas ei à quo accepisti? O Domin
hæc est bonitas tua, & nihilominùs tr
didisti illa non ut uteremur malè, sed u
benè. Infelix ego qui toties bonis tu
abutor! ô si agnoscam illa esse à te! ô
illis utar sicut placitum est ante te, & s
cut expedit animæ meæ.

5. Et uni dedit quinque talenta.

Singulis dedit, & nemo rapuit, mul
sunt, qui aut accepisse se gloriatur, quo
non acceperunt, aut si gloriari non po
sunt, rapere volunt, quod sibi datum no
esse agnoscunt. Sed stulti; divisiones gr
tiarum sunt, proinde etiam diversæ su
æquissimæ, etsi non æquales. Unicuiqu
nostrú

ostrûm data est gratia non secundùm oluntatem nostram, sed secundũ mensuram donationis Christi, gratia & meritum Christi est, quod donatum habes, on debitum tuum. Nemo sibi assumit onorem, sed qui vocatur à Deo, & hinc egis, quia homo proficiscens peregrè ocavit servos, & tradidit illis bona sua! empè non vos me elegistis, sed ego, & emo vestrûm prior dedit mihi, ut retribuatur illi à me tanquam debitũ tanuam suum. Frustra regnas si non ex me, rustra princeps existis, si non cognovi. Domine agnosco me per omnia pauerem ante te, & si quid fortè habeo tum esse fateor; da ut sic utar istis, quæ onâsti sicut tu præcepisti.

6. *Unicuiq; secundùm propriam Virtutem.*

Quid hoc? Unde illis virtus propria, uibus nihil non donatum? omnia Deus edit, sed tamen liberis dedit, & quia liberis dedit, ideo in hac mensura dedit, & alutarem suam futuram donationem ævidit. Si illi, cui unum dedit, dedisset uinque, & nihil egisset, sicut cum uno ihil egit, majus supplicium habuisset.

Si cui

Si cui dedit quinque unum tantùm d
diſſet, nihil operatus præ puſillanimit
te fuiſſet, & ſic ſupplicium habuiſſet: n
ille cum quinq; laboraſſet, nec iſte cu
uno. Vidit laboraturum hunc, ſi haber
quinque, dedit illi: vidit non laborat
rum iſtum, etſi haberet quinq;, non d
dit niſi unum. Quantos videas in med
fortunâ eſſe impios, in mediocri doctr
nâ ſuperbos; da majorem fortunam
auxiſti impietatem: contra in ſummâ l
centiâ quibuſdam nihil licet, ſed Deo
ſubjiciunt, quibus eam fortunam dema
impatientiam & murmurationem add
diſti. Ergo & iſtis bene eſt, quod ſint fel
ces, & iſtis meliùs eſt, eſſe minùs felice
hoc eſt, unicuique dare ſecundum pro
priam virtutem, per reſpectum ſcilic
ad liberi arbitrij, & liberæ voluntatis uſ

7. Abijt autem qui quinque acceperat.

Quo abit? non aliò, quàm ad eum v
tæ ſtatum, in quo ſecuriùs Deo ſervir
& operari talentis ſuis poſſet, advert
Multi ſunt qui talenta habent quinqu
ſed quia non abeunt, hoc eſt, quia no
eum vitæ ſtatum tenent in quo exercer
talen

lenta possint, otiosi sunt, & pœnam acuirunt, convertunturque illis salutis ıxilia in perditionis occasionem. Graas tibi Domine JESU, qui me abire fe-sti, & hunc statum inire, in quo opera-possum in talentis tuis, si modo volo, : in quo lucrari possum alia talenta tam ., quanta habeo.

8. Operatus est in illis.

O fidelis & prudens servus, qui operatus est, fidelior prudentiorque, qui ea ıtalentis operatus est. Multi talenta abent, & in bono vitæ statu cum eis deınt, sed tamen non operantur; vel quia esidiosi sunt; vel quia contradictiones ıetuunt, linguasque ferre non possunt. Multi etiam operantur, sed non in talenis operantur: non enim secundum graiam sibi datam volunt operari, sed vel n talento, quod non habent, vel magis quàm habent. Concionari vult, qui doıum hoc non habet, & qui habet, non vult, contemplationi studet, qui ut cum proximis ageret, vocatus est, &c. Operantur ipsi, sed non in talentis unde etiam nihil lucrantur, imò sæpè quæ habent perdunt. O homo quæ à Deo donata

sunt

ſunt tibi, & vide ne in vacuum gratiam Dei acceperis, vide ne curras quin in incertum ne pergas aërem verberans, ſed ut ſuperædifices aurum, argentum, &c.

9. Similiter & qui duo.

Fruſtra Deus incuſatur à pereuntibus; quiſquis perit ſibi imputet, gratia enim & ſalus homini à Deo parata eſt, ille modo hac uti velit, hac uti ſciat, inæqualiter quidem dat Deus, ſed tamen dat ſufficienter, imò dat affluenter: parùm accepiſti ô homo, ſatis tamen; parum labora, ut plus accipias. Ecce qui duo acceperat, duo lucratur, contentum fecit Dominum, laudem & mercedem retulit,

10 Qui autem unum acceperat abiens fodit in terram & abſcondit pecuniam Domini ſui.

Infelix & ingratus talentum in terram fodit, tam pretioſam rem, tam vili loco abdidit. En ingratitudo; abſcondit pecuniam Domini ſui, non prædicavit munificentiam, fortè etiam accuſavit parcitatem, fortè murmuravit, quod non æquatus ſit alijs, fortè alijs invidit, qui-

bus

us plus datum vidit, erubescebat fortè,
uòd tam parvum haberet donum Do-
ini, pecuniam & opes heri sui abscon-
it, & ab oculis hominum submovit, ne
uis cum eo haberet vel invito, nego-
andi occasionem, illectus pecuniâ Do-
ini ejus. En improbitas, & non una
uidem. Quid? quòd ideo fodit & abscon-
it, ne illud intuens excitaretur ad labo-
andum in talento: quæ major cogitari
otest pigritia? quid? quòd ideo fodit &
bscondit, ne quis usus fortè illâ pecuniâ
ucrū Domino faceret: & quæ major in-
ideli tas & impietas? nec ipse fecit lucrū
Domino, nec ab alio fieri permisit. quid?
uòd ideo fodit & abscondit, tanquam
ion sperans, aut non credens Dominum
editurum & repetiturum: & quæ major
tultitia debitum habere, & debitorem
e agnoscere, exigendum verò debitum
 se non agnoscere? examina te cor me-
um, an talentum absconderis, an foderis
in terram, si iste tam multa mala fecit,
qui fodit & abscondit pecuniam Domi-
ni, quam utique Domino integram red-
didit; quàm faciunt illi multa & gravia
mala; qui dilapidant pecuniam Domini,
& abliguriunt, & quàm multi sunt tales
Deus bone.

11. Et accendens qui quinque, &c. Domine ecce alia quinque.

O quæ huic servo tunc consolatio fuit cum hæc diceret? quæ fiducia, quæ spes, quàm exporrecta frons, quàm aspectus hilaris, quàm promptus & securus in conspectum Domini prodijt & rationem posuit, quàm certus se adæquasse lucro debitum? ecce alia quinque ait integra, nihil desideratur, ne obolus quidem. Vis talia experiri quondam ô homo? quid nunc cessas? quid tardas? quid oscitas? quidni ferves? quidni operaris in talentis? excitare ô cor meum & illius horæ frequenter memento, & cura ut olim possis dicere, Domine quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. O quantum gaudium habet anima ad tribunal Christi pergens, stipata meritis, ornata virtutibus, circumdata turbis earum animarum, quibus aliquando ad salutem profuit? quàm fidenter accedet ad Deum, cum hæc videbit in novissimis.

12. Euge serve bone & fidelis.

O voces! ô jucundæ voces! ô si vos audi-

udire merear! ô si bonus servus & fide-
is audiam! In pauca, ait, fidelis fuisti, mul-
a creduntur tibi: O quàm multa? totus
taque quantus quantus est Deus, cum
mni gloriâ, majestate, opibus. Quid vis
mplius? vis habere ista multa? esto fi-
elis in pauca. Verè pauca sunt, quæ à te
xiguntur, ama Deum & age quod vis,
ntra in gaudium Domini tui. Quid est
audium Domini, Dei nisi Deus? Deus
nim se ipso beatus, intrare ergo in gau-
ium Domini Dei, est intrare in Deum:
uantus in quantum? ô si detur immergi
ceano illi! ô si detur errare in illis
byssis! ô si detur in illum uterum & vi-
cera deitatis penetrare ac includi. Non
ntrabit in te gaudium, quia non es ca-
ax ejus; intrabis tu in illud sicut spon-
ia in mare intrat, non mare in spon-
iam.

13. Considera talenta quinque, quæ S. Nicolao data sunt.

1. Est cita & præcox penè virtus, stu-
ium jejunandi in infante. O quàm bo-
um est viris portare jugum ab adole-
centiâ suâ. 2. Constans etiam in
artyrij periculo Christi confessio; ho-
minis

minis Christiani est, & paucorum quidem pati pro Christo. 3. Eleemosynæ studium: humilis celatio benefactorum & prudentia in dando, ac amor castitatis etiam in alieno periculo. quàm rara hodie talis virtus castitatem auro vallare ne expugnetur, auro in quam quo castitas vulgò impugnatur. 4. Cura pastoralis circa animas, amor ovium, studium concordiæ pacis. 5. Prodigia innumera, oleum post mortem usque ad hæc tempora manans. Ex olei proprietatibus virtutes S. Nicolai laudari possunt, agi contra hæreticos de reliquiarum S.S. honore. Unde hæc vis emortuis ossibus? Unde pinguedo? unde oleo isti sanandi vis? an non certa hæc tessera S. Nicolai beatitudinis.

14. Considera quàm fidelis fuerit S. Nicolaus? super quàm multa constitutus? Servi fidelis conditio præcipua ista est, esse super pauca fidelem: magis fidelis est servus, qui in modicis fidem servat.

* * *

IN FESTO CONCEPTIONIS B. VIRGINIS.

Liber geneatiornis JESV Christi filij David. *Matt. 1.*

Liber generationis.

SAnctiſſimum Sacramentum liber eſt, & liber generationis Chriſti. Liber patens & clauſus, patens dignè & piè recipientibus, clauſus infidelibus & indignis. Liber omni doctrinæ & ſapientiæ cœleſtis genere plenus, utpote qui ſolum contneat, in quo omnes theſauri ſcientiæ Dei ſunt abſconditi. Liber, quem quis devorat, in ejus ore fit ſicut mel dulce, venter autem hominis amaricatur: quòd ſcilicet homo devotè communicans multis repletur ſolatijs internis, ſed ſimul mirè excitatur, ad ſui victoriam, ad exercitiumque virtutum, & ad repugnandum ſenſualitati, ad Christique virtutes, potiſſimùm humilitatem, patientiam, exprimendas. Eſt liber generationis

nerationis Christi in Sanctissimo Sacramento, etenim verè quodam modo nascitur & incarnatur, iterum inter manus Sacerdotis Christus, ad hæc in cordibus fidelium piè hoc Sacramentum suscipientium nascitur & generatur Christus. Insuper per hoc Sanctissimum Sacramentum Christo renascuntur fideles, nutriuntur, consenescunt, unde vocatur vinum germinans virgines, ama anima mea Christum in Sanctissimo Sacramento, & librum hunc capiti tuo impone. Lege in libro ipso scripta omnia accurate; omnia enim quæ scripta sunt, spiritus & vita sunt. Lege Christi divinitatem, & divinam ex Patre generationem, lege humanitatem, & mirã ex Matre per Spiritum Sanctum Nativitatem. Lege ipsius virtutes, merita, gratias, dona, vitam, mores, mortem, gloriam Ora ut nascatur in te Christus, ora ut nascaris Christo, per hoc Sacramentum, semen insitumque verbum, quod potest te salvare, & crescere potest usque in virum perfectum.

2. Liber generationis.

Quid habet MARIÆ Conceptio cum Chris

risti generatione? multum omninò.
on enim potuit aliunde Christi secun-
m carnem Nativitas descendere, & a-
nde linea Matris ejus provenire: ex
egibus Christus descendit, ex Regibus
Mater: in laude ergo Filij laus est Ma-
s, & in generatione illius, generatio
ius; alioquin MARIÆ non est idem
tus qui Christi: cùm etiam Christus
on sit filius Joseph, sequitur Christum
on esse filium David. Hoc Evangelium
m in die ortus Christi, tum in Beatissi-
æ Virginis legitur, quia Matris & filij
udes separari, non possunt nec debent.
t enim præcipuæ dignitates, & præro-
tivæ Virginis Matris sumuntur ex hoc
pite, quia est Mater Christi Filij Dei;
a tota sæcularis & humana Christi di-
nitas, est ex hoc, quia est Filius MARIÆ
c nobilissima Patriarcharum, Regum,
rophetarumque linea descendentis.
oc Evangelium dum hodie legitur, vi-
etur adumbrare Virginem, sine pecca-
o conceptam; in hoc enim Evangelio,
m boni, quàm mali recensentur, ex
uibus tamen Christus non malitiam,
ed solum sanguinem, & qualemqualem
ignitatem sumpsit. Ita etiam Virgo etsi

de semine Adam sit, naturam quidem
dæ, non tamen peccatum contraxit.

3. Liber generationis IESU Chri

Hoc Evangelium bonos malosq́;
censens, & in MARIAM desinens non
liud innuit, quàm MARIAM esse apice
& Dominam omniũ, cujus gratiâ egea
boni, ut tales sint, mali ne tales sint.
Regibus & Patriarchis genealogia Vi
ginis deducitur, quo nihil aliud, quà
ejus suprema gloria post Deum declar
tur. Nil Regno & Patriarchatu in E
clesiâ Dei est, aut fuit sublimiùs, hæc t
men Virgini serviunt, & in laudem Vi
ginis eunt. Quid ergo Virgine dignius
omnes laudes & gloriæ eorum, qui pr
enumerantur Virgini, sunt quasi grad
ad laudem Virginis, ipsa autem laus Vi
ginis est cumulus & coronis omniu
laudum illarum; ita ut non illa ab illis
sed illi ab illâ splendorem mutuentu
De quo enim illud dictum est? quod e
ea natus JESUS qui vocatur Christus? so
lius iste titulus Virginis, & solus, sed ta
lis qui omnium instar, sed talis qui om
nium est fons, talis qui sicut Sol omne
alias stellas obumbrat, ita omnium alio
run

m laudes & dignitates diminuit & se-
lit : & sicut Sol omnibus stellis dat lu-
m, ita ab hoc Virginis unico titulo
ATER DEI, omnes ejus primævi
mmendantur. Laus enim eorum est
axima, quod sint Matris Dei Parentes
majores, imò omnis gloria, omnis
gnitas omnes virtutes, quæ illis à Deo
ncessæ sunt, & laudes quæ illis in scri-
ura tribuuntur, intuitu hujus Virgi-
s, illis concessæ sunt & tribuuntur.

4. *Liber generationis.*

Magno Palatio ingentia submittun-
r fundamenta: throno regali alti gra-
is & varij supponuntur: adventanti
li præeunt præluduntque astra: in-
essuræ urbem Reginæ, præcurrunt, vel
bviam eunt, Viri illustres: iter ap-
aranti, & adhuc licèt in arce moranti,
non nisi multas post horas currum
nscensuræ Reginæ, tantò antè via præ-
aratur, sternitur, ordines obvij sese ef-
indunt, per se quisque ornatus obviam
rodit & venientem expectat. Et quor-
im iste Principum catalogus hodie te-
itur, nisi illa omnia, quæ prædicta sunt,
unt? Rectè Ecclesia monet, Conceptio-

nem, Nativitatem Beatæ MARIÆ solemniter celebremus, quâ celsitudinem throni processit, ubi Virginem vocat thronum celsissimum, abstractum pro concreto usurpans. Bernard: Senens: dicet Virginem ad culmen triplicis honoris evectam, ita ut Regnum ejus sit altissimum, latissimum, sempiternum. Altissimum juxta illud: Elevata est magnificentia tua super cœlos. Singularis quippè Dei magnificentia est Virgo, in illa enim verè magnificus Deus apparuit teste ipsa. Fecit mihi magna, &c. Latitudo Regni Virginis est à mari ad mare quibus Christi hic Regnum limitibus determinatur. Sempiternum esse Virginis Regnum etiam hoc arguit, quia quamdiu Christus regnabit, regnabit & Virgo: & sic regni utriusque non erit finis. Dominari nata es ô Virgo, quæ ipsum Dominum genitura es.

§. 5. Considera triplicem gratiæ Virgineæ perfectionem, quarum Prima in Immaculata sui Conceptione, Secunda in Filij Dei Incarnatione. Tertia in Glorificatione ad Deique Filij dexteram collocatione Virgini obvenit. Gratia data Virgini in Conceptione ejus Immaculata

 tulat

lata, major fuit gratiâ, ad quam Angeli pervenere, & ad quam pro meritorum diversitate pervenerunt S. S. juxta illud Fundamenta ejus in montibus Sanctis: ubi enim Sancti alij desierunt, ibi Virgo incœpit. Patet hoc ex fine, ad quem hæc Virgo præordinata fuit, qui est, Esse Matrem Dei, & Christo secundum humanitatem esse propinquissimam: unde S. Thomas, Majorem, ait, præ ceteris gratiæ plenitudinem accepit, & quamvis in suâ Conceptione non esset adhuc Christo conjuncta, per Maternitatem, Divinâ tamen prædestinatione ad illam ordinem habebat, ad quam in suâ Conceptione, per gratiæ plenitudinem disponebatur. Idem Sanctus in Conceptione, sive (ut ille loquitur) in sanctificatione, vult Virginem habuisse perfectionem gratiæ, quasi dispositivam, per quam reddebatur idonea, ad hoc quod Mater esset Christi.

6. Considera gratiam Beatissimæ Virginis in Conceptione adeò copiosam fuisse, ut non solùm à peccato originali immunis fuerit, verùm etiam nullum actuale peccatũ ne veniale quidem commiserit teste Trident. imò ne ſuc committe-

mittere potuerit, cùm tamen alij omn
quantumvis Sancti, & justi in levia,
quotidiana saltem cadant. Tanta Virg
nis fuit illa gratia, ut inordinatos fom
tis motus nullos senserit unquam, in
tanta fuit gratia, ut per eam fomes i
non solùm in Annuntiatione Verbi; qu
D. Thomas concedit, sed ut alij cum
lense docent, in primâ sanctificatio
planè & plenè extinctus, non tantù
compressus fuerit ad quod privilegiu
quia Sanctorum nullus pervenit, rec
inferre licet, gratiam Virginis in Conc
ptione majorem fuisse omni gratiâ Sa
ctorum: quæ quidem gratia, quo ex pri
cipio Virgini contigerit, indicat Aug
stinus dicens. Inde scimus, quod ei pl
gratiæ collatum sit ad vincendum om
ex parte peccatum, quòd concipere
parere meruit eum, quem constat nu
lum habuisse peccatum.

7. D. Thomas docet Pretiosis
mam Virginem plenam gratiâ fuisse, s
cundùm tria. 1. Quantùm ad an
mam. 2. Quantùm ad redunda
tiam gratiæ ab anima in corpus, quo f
lium Dei concepit. 3. Quantùm a
effusionem in omnes homines, quoru
sal

item juvat. E addit illam habuisse
nem gratiæ plenitudinem. 1. Ad
andum omne peccatum. 2. Ad
nia virtutum opera exercenda:adeo-
e vult datam esse in exemplum omni-
virtutum. S.Bernardus citans verba
iæ ait : Mons domus Domini elevabi-
: super omnes colles, quia Virginis
itudo sublimissima est super summos,
atissima super cunctos, & firmissima,
inconcussa, ut moveri non possit.

8. Templum Salomonis (quod erat
numPretiosissimæVirginis,)cùm esset
lificandũ, (ait scriptura)præcepit Rex
lomon, ut tollerẽt lapides grandes la-
des pretiosos in fundamentum templi,
quadrarent eos, quorũ lapidum gran-
tas infra scribitur, sic; fundamenta de
pidibus pretiosis, lapidibus magnis,
cem sive octo cubitorum: & quid sunt
ndamenta templi nisi Conceptio MA-
IÆ ? quid pretiosi lapides, nisi magni-
ido, & excellentia gratiarum, ac do-
orum MARIÆ in Conceptione con-
essorum? quid grandes lapides, nisi do-
orum eorum magnitudo, firmitas, effi-
acia ? Sanè hoc dici hic potest, quod
dem Salomon de hoc suo templo dixe-

 rat:

rat: opus grande est: non enim hominibus, sed Deo præparatur habitati
Meritò ergo canit Ecclesia: ô magnu
hereditatis mysterium, templum D
factus est uterus nesciens virum.

9. Conceptionis Virgineæ festu
factum est festum dedicationis, quâ
licet Deus dedicavit sibi locum, donu
templum, cœlum, &c. & denique, qu
præ omnibus Matrem, quod si plus
cere libet, non est dedicatio tantum, f
est ædificatio simul cum dedication
Multa habitacula Deus fecerat antè al
creaturis; sibi qui increatus est nullu
locum parabat, quia locus illum null
capere poterat, & ipse sibi tantum ad
quata dignaque se habitatio esse pote
Cæterum quando etiã Deus statuit cre
turis adnumerari, statuit etiam sibi l
cum parare, atq; sic paravit illum, qua
do Matrem suam in ipsa Conceptio
sanctificavit, & ab omni labe non solù
mundavit, sed etiam præservavit: rati
nem ne require, hac contentus est
Deus sibi parabat locum, & parabat
dignum: si insolens est, frangi legem
Virgine, ut non in peccato concipiatu
etiam insolens est frangi legem in De

Creator creatura sit, etiam insolens frangi legem in Matre, ut intacta Mater sit, ut Virgo pariat. Omnia concedis irain Virgine à Deo facta, & non condis hoc unum mirum, quòd est omnium minimum, omnium tamen fundamentum. Sed quæris quomodo possunt hæc fieri, aut quomodo fiet illud? simul dì & illud, non est impossibile apud eum omne Verbum opus autem hoc quo quæris grande est; non enim hominibus, sed Deo paratur habitatio.

10. In Conceptione duo facta sunt. Primò exclusum est à Virgine peccatum. Secundò, infusæ gratiæ, dona, virtutes. Hæc duo sunt, in quibus nos conceptam Virginem imitari addecet, ut scilicet peccata excludamus, & virtutibus animum exornemus, excludamus autem peccata festinè, in ipso conceptu, in ipso ortu, ne sinantur crescere, ne adolescere, sed nequitia elidatur in semine: contrà autem; virtutes maturè inserantur, & portetur jugum ab adolescentia, ut si in hoc tardatum est, statim post pænitentiam vita nova inchoetur.

11. Considera gloriari Apostolum

gratiâ Dei sum id, quod sum. Beatissimam verò Virginem posse amplius dicere, scilicet, gratiâ Dei sum, quod non su in peccato etiam originali unquam inventa, sed semper fui terra nova, semper gratiâ plena.

IN FESTO SANCTI THOMÆ APOSTOLI.

Thomas unus de duodecim, qui dicitur Didymus. *Ioan.* 2.

Dominus meus, & Deus meus.

1. TRia potissimùm bona Sanctissimi Sacramenti sumptio requirit. Vivam fidem, profundam humilitatem, famelicissimum desiderium: tria ista, hæc pulcherrimè tibi sancit sententia; quæ magis viva fides, quàm dicere Dominus meus & Deus meus, est in hoc Sacramento propter me totus, integer, realiter? Et quis se non demississimè abjicit in oculis tantæ majestatis, quæ in his verbis exprimitur? Dominus meus & Deus meus. Denique quis conscius miseriæ suæ, & gnaru

[...]arus omnipotentiæ bonitatisque di[...]næ in cujus oculis facile est ditare pau[...]erem, sublevare miserum, non ingenti [...]me anhelet ad cibum hunc cœlestem, [...]nnia bona conferentem, in sumentem [...]? Dic ergo anima mea hoc triplici sen[...] intimè, & ex toto corde verba ista, [...]ominus meus & Deus meus.

2. *Non erat cum eis quando venit* I E S V S.

Ergo JESUM non vidit; ergo pacem [...]atam non audivit; ergo Spiritum San[...]um non accepit; ergo gavisus non est; [...]iso Domino; cur nam ista? non erat cum [...]is. O quàm grandia damna proprieta[...]s, particularitatis, neglectionis vitæ [...]ommunis, & contrà, quanta bona vitæ [...]ocialis, communis, conjunctæ? Non [...]rat cum eis, quando venit JESUS. [...]t quid profuit fuisse unum ex eis, si non [...]rat cum eis? quid prodest tibi homo u[...]um esse de numero bonorum, si te sub[...]rahis à consortio bonorum? Multi inter [...]onos sumus, sed non multi tamen cum [...]onis sumus, & ideò boni non sumus. Ex nobis ait prodierunt, sed non erant ex nobis. Ama consortiū anima mea vitæ

communis, scito damnum tuum si te contingit seperatim esse, imò si contingit separatim aliquid facere. Separatim est & facit, qui non tempore, modóque alijs omnibus præscripto facit. Venit JESUS ad eos, quos in nomine suo congregatos novit, non ad eos, quos privato spiritu suo seperatos ab alijs cognoscit. Si parvum est damnum venientem JESUM non videre, parvum est malum quoque cum alijs non concordare.

3. *Vidimus Dominum.*

Non insultantium Thomæ est vox ista, sed partim de suâ sorte gaudentium, partim etiam de infortunio Thomæ dolentium, partim gaudium suum illi cõmunicantium, partim etiam Thomam ad pœnitentiam de absentiâ, & ad desiderium videndi JESUM invitantiũ: nescit enim vera charitas alienis malis insultare, sed ijs si quâ potest ratione mederi contendit. Et vide quàm prudenter agant discipuli, non exprobant, nec reprehendunt Thomam, sed suum illi bonum benignè proponunt, ut ejus ille incensus amore, errorem suum, & absentiam damnet, præsentiam verò Christi

postu-

ostulet. Spiritualibus hic medicis est octrina, ut opportunè & suaviter lapsis mederi, erroresque eorum prudenter illis declarare, & non amaro corde vultuque severo illis objicere discant.

4. *Vidimus Dominum.*

O Animæ sanctæ adjuro vos si vidistis il- ctum Dominum meum, ut annuntie-s mihi ubi sit, ut ego quoque illum vi-ere possim. O animæ sanctæ dicite no-is, ubi videritis, & qualem videritis ominum in strepitu, an in silentio? in reaturis, an super illas? in orationis uiete, an in laboris solicitudine? ô ubi uæram te Domine JESU, ubi inveniam? ed quid loquor infelix, quasi tu longè sis me, intra quem ego vivo, moveor, & im. Quæro ubi sis, quasi aliquis locus sse possit, in quo possis non esse. Quid st facilius, quam aliquid invenire, & uid difficilius, quàm in tale aliquid in-uere, in quo te possim videre, non quia u non es ubique, sed quia non potes vi-eri ubique, non potes autem, vel quia u non vis, vel quia nos negligimus, & on quærimus. Quære anima mea Do-ainum, & assiduè in tuis torbus inve-nies

nies eum. Omnis enim anima imago D
est, quid ergo in imagine hæres, & eu
cujus est imago non cogitas? cur tibi n
venit in mentem quærere cujus est h
imago? vides rem vilem, sed hic De
est magnus: Vides magnam, sed h
est mica immensitatis divinæ: vides i
animata, Deus in his vivit: vides vitar
sensum, motum habentia, sentias tu in h
Deum, movearis per hæc ad Deum: v
des fratres tuos, proximos tuos, sup
riores tuos, agnosce in his Deum, & fr
quenter in te ipsum inquire, an ext
creaturis, quas per singulos dies vide
videris Dominũ neq; esto contentus, se
etiam alios ad id trahe, ut in omnibu
quærant, inveniant, videant Deum suun

5. *Nisi videro in manibus.*

Immò, ô Thoma, si videris hæc omni
non credes, si autem non videris, & a
sensum præbueris tum credes, & beatu
eris. Præfert etiam his Thomas sese cæ
teris quasi temerè crediderint, & leve
corde sint: sed enim fides humilitate
quærit non rationem, assensum, non co
gnitionem; captivat enim, & convinci
intellectum, & hoc ipso magis convin
ci

it, quo magis captivat. Forſitan didicerat Thomas ex Apoſtolis Chriſtum cum vulneribus apparuiſſe, ideo ea videndi deſiderio tactus, negat ſe crediturum, niſi ea viderit, & verò, non temerè negat ſe crediturum, niſi viſis vulneribus; ſic enim facit, ac ille, qui negat ſe intraturum niſi apertis foribus. Vulnera fores ſunt fidei, donum ſcilicet divinum eſt fides, quòd ex meritis Chriſti conferatur. Non ergo credet quiſquam antequam Chriſti vulnera videat.

6. *Niſi videro in manibus.*

His ſimilia proportione quadam dicunt religioſi inobedientes, qui niſi omnium præceptorum rationes tenuerint, niſi cum eorum ſenſu, & judicio omnia concordârint, ægrè, tardè, cum murmure, repugnantes obediunt. Non habet, ô religioſe, obediĕtia retributionem, ſi habet perſuaſionem, ſi propter rationem obedis, non ſuperiori, ſed rationi obedis. Maxima & potiſſima ratio credendi tibi ſit, quia imperatum; ſicut maxima & potiſſima ratio obediendi tibi eſt, quia revelatum.

7. *Erant*

7. Erant Discipuli eius intus.

Ecce locus in quem Christus ad Di-scipulos venit: non externus, non remo-tus, sed internus, sed intus: frustra Chri-stum foris quæris, intra intus, intrà ha-bitat. O Intus quàm rarò, quam à rar[is] habitaris? omnes quærimus effundi, quæ-rimus exire, quærimus elabi. O Intus e[st] manere melius, in angello cum libell[o]. Mirum est, in mediâ solitudine aliqui m[o]-ras habent, sed raras conversiones, inve-niunt cui loquantur, &c. & hic putas in-tus habitat? nimis extra est, qui ita intr[a] est. Intus oportet Discipulos Christi esse si volunt Magistrum Christum sibi adesse. Audeo dicere, qui semel lectionem Chri-sti intus audiret, plus intra brevissimum tempus proficeret, quàm si multo tẽpor[e] Magistros externos audiret. O internum magisterium! quis mihi det degustare te praeparare me ad te? intendere tibi? ob-sequi tibi? omnium in hoc magisterio præceptorum primum est, Intus esto, In-tus esse scitò, etiam inter agmina, inter occupationes, Intus esto: qui hoc didicit multa scit, qui hoc facit multa facit. Re-duc ergo te anima mea ad interiora tua, relinque exteriora ista vana, nulla, flac-

cida

cida. Vereor ne quis superbè dictum putet, si dixero neminem esse posse quietum, nemini in Dei & pacis internæ possessionem venire licere, nisi qui didicerit cum Deo intus vivere, hoc est intra se ipsum omnia auxilia habere, seque ipso, unà cum Deo contentum esse.

8. *Infer digitum tuum huc.*

O dulce imperium quod audit Thomas! quid dulcius, quam licentiam habere rimandi, scrutandi, pererrandi vulnera Christi? O! quisquis es avarus, avarè hauri opes ex patenti thesauro, etiam peccatori & incredulo Thomæ patet: & tam latè quidem & tam accuratè panditur. Infer, vide, affer, mitte, noli esse incredulus. Quantùm potes onera te divitijs, bonis, quale arcanum putas inferre digitum, videre manus, mittere in latus ma..um, & incredulum esse desinere. An inde fidem hausturus erat Thomas? an nobis omnem dubitandi locum ablaturus? Quantùm verò doctrinæ omnibus in isto imperio? rimatur impius in latere Christi dum peccat, iterum crucifigit Christum: audet talia in suam perniciem, audet eadem in salutem: abijcis Christum

ho-

ô homo peccando, & sanguinem eius calcas, excipe eundem pœnitendo, & meritis sanguinis eius confide. Durum est homini servire Deo! ô stulte! infer digitum tuum huc, tantùm digitum extende, vide manus Christi adjuvantes, confortantes, sublevantes, protegentes, deducentes gratiâ suâ; putas non faciet? Vide manus ejus, & si non credis adhuc lege ipsam scripturam. Ego ait vici mundum, confidite, pax vobis, Ego protector tuus, Ego vobiscum sum, tantummodo noli esse incredulus, sed fidelis.

9. Disce ex hoc Evangelio Sanctique Thomæ exemplo. 1. Affectum ad Christi Domini vulnera. 2. Seriam & veram conversionem. Tardissimus fuit S. Thomas ad Christi credendam resurrectionem, sed omnium pæne promptissimus ad Evangelij prædicationem. 3. Dei est prudentiæ ex malis bona eruere, ut factum in venditione Josephi, in furto Achan, in victo Israële à Benjamitis, in peccato Davidis, & denique in hac Thomæ ad credendum pertinacia, ex quâ eruit Deus nostram fidei firmitatem. Unde Greg: ait: Plus nobis profuisse Thomæ incredulitatem, quàm

Apostolorum aliorum fidem. 4. Dicere debemus, quòd si quando nobis veritas ostenditur, nunquam illi resistamus, sed animosè illam fateamur, exemplo Thomæ vulnera spectantis, & Deum adorantis, Dominumque confitentis.

10. Thomas amiserat cor morte Christi, illud invenire volebat in Christo, ideo ait. Nisi misero manum meam in latus, non credam: corde enim creditur, &c; qui ergo credere non vult, cor non habet, & qui credere non vult nisi missâ manu in latus Christi, significat se cor habere in latere Christi. Certè antiquis solemne fuit in sepulcris amicorum Cor insculpere, quasi dicerent, se unâ cum amicis cor sepelivisse: Amici enim corda, corcula, & oculi vocabantur. Ipsis etiam mortuis in usu erat alicubi, in signum amoris, cor suum dare amici loco ad sepeliendum. *Vide. Sand. de donat. cordis.*

IN FESTO NATIVITATIS D.N.I. Christi.

1. *Evang.* Exijt edictum à Cæsare Augusto. *Luca* 2

2. *Evang.* Pastores loquebantur ad invicem. *Luca* 2

3. *Evang.* In principio erat VERBUM & Verbum. *Jo.* 1

Natus est vobis hodie Salvator.

1. O Quale gaudium audiunt hodie animæ sanctæ! natum sibi Salvatorem quando audiunt. Anima, nunquid audis nunquid credis nuntio huic? hodie tibi natus est Salvator, non per memoriam tantùm natalis ejus, qui olim in Bethleem peractus est, sed potiùs per realem panis & vini in corpus & sanguinem, tum causâ transsubstantiationem. Hodie sacerdos quilibet in Bethleem domo scilicet panis parit filium Dei primogeni-

num, involvit eum pannis scilicet accidentibus panis, reclinat in Altari, in pyxide, in ore cujuslibet sumentis. Exulta ergo satis anima mea, & illos effectus, quos divina Mater, & admirabilis illa Virgo puerpera hodie pariens experta est, quando quem genuit adoravit, tu quoque ex illius dono, aliquantum sentire contende.

2. *Videamus verbum hoc quod factum est.*

Dic anima mea universis potentijs tuis. Videamus Verbum hoc, quod factum est. Vide intellectus, vide voluntas, vide memoria. Intellectus vide, & cognosce, quanta hæc sit dignatio Dei tui propter te, qui & nasci in stabulo, & in Sacramento transformari hodie voluit tui causâ: simulque cogita quid debeas illi. Voluntas vide, & quantum amare debeas intellige. Memoria vide, & tantorum beneficiorum memoriam suavitatis quotidie eructa. Videte oculi Deum in fascijs, Deum natum, Deum hominem, Deum sub speciebus panis; aures audite verbum, quod factum est.

3. Et Verbum caro factum est.

O miracula! Verbum quod erat i principio, quod erat apud Deum, quo eratDeus, per quod omnia facta sunt, hc die ipsum factum est. Ecquid tandem fa ctum? factũ fortè Angelus est? Archange lus? Seraphim? non. Fortè aliquid istis nc bilius? non. Quid ergo; Verbum caro fa ctum est. Caro? quis credat Verbum car nem factum? nondum tamen est satis Verbum & caro panis facta sunt, & ha bitavit in nobis, non solùm assumend nostram carnem, sed intrando viscer uniuscujusque nostrûm. Quæ vis mira cula mundi? quæ vis prodigia amoris anima mea?

4. Considera circumstantias Nati vitatis Christi, expressas in Evangeli S. Lucæ. Nascitur tempore eo, quo de scribitur orbis in Judæâ, in Civitate Da vid peregrè, in stabulo, impletis Nativi tatis diebus. Hæ circumstantiæ sunt ad umbratio secundi Christi adventûs i mundum. Veniet enim Christus, quo tempore describetur universus mundus & omnes vocabuntur ad reddendam ra tionem JudiciDeo. A Galilæâ in Judæam veniet

veniet; de cœlo in terram, aut saltem
.ërem; quo tempore filios transmigra-
ionis ab inquilinis mundi hujus discer-
iet, & contemptores mundi ab amato-
ibus separabit, confitebiturque eos,
jui se confessi sunt, negabit qui se con-
iteri erubuerunt. In civitatem David;
n patriam suam, in possessionem suam
veniet, ad eos scilicet judicandos, qui
um nunc cum in propria venisset non
eceperunt. Impletis Nativitatis diebus;
uando veniet tempus illud, in quo
reabitur terra nova, & cœlum novum,
uãdo creatura, quæ parturit, & ingemi-
cit adhuc innovabitur. Peregrè de cœ-
o in terram, in stabulum. Nam in illâ
orâ quando filius hominis veniet, pu-
as inveniet fidem in terrâ? & nonnè me-
um mundus hic stabulum? hæc quoque
ircumstantiæ sunt typus status, in quo
hristus mundum reperit. Unus erat
yrannus, qui totum mundum adscribe-
at inferis, summâ pace, nullo Prophe-
arum ei resistente, & hic erat Diabolus,
ui est Rex super omnes filios superbiæ.
n Judæâ tunc erat mundus non in Ga-
læâ, quia nemo sapiebat futura & cœ-
estia, sed omnes beatum populum di-
cebant;

cebant, cui sunt oves fætosæ; boves eras-
sæ. Peregrè, simul & in Patriâ nasci vo-
luit Christus, arguens, stultissimè con-
jungi ab homine duo incompossibili
id est beatitudinem in hac vitâ, in qu
illi locus non est, quæri & parari. Pere
grè nasci voluit, quia revera illo tempo
re Deus exulabat in mundo & mundus
Deo. In stabulo: totus quippè mundu
erat domus dæmonum, plenus erat be
luinis moribus, quos *Rom. 1.* Paulus de
scribit, impletis nativitatis diebus, quan
do ad vetustatem planè reducto mundo
maximè opus habebat renasci, ex aqu
& Spiritu Sancto: ut enim sub Noë, pe
diluvium ob peccata renatus est mūdu
ita sub Christo debuit per baptismum. E
sicut sub Noë omnis caro corrupera
viam suam, adeò ut pæniteret Deu
facti à se hominis, ita & Christi tem
pore id planè fuerat: proinde venera
plenitudo temporis, quâ renasci debu
mundus.

5. *Cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret.*

O anima mea! & tui quoque implet
sunt dies ut parias. Tam pridem in do
mo pa

do panis, in Ecclesiâ in fide Catholicâ, in hac vitâ, in religioso statu manes, tam pridem prægnans es, propositis, deside- rijs, promissis; quando paries tandem filium tuum primogenitum? Ecce Virgo Sanctissima statim impletis diebus parit, etsi peregrè, etsi in stabulo, tamen parit; cur non tu quoque Christum paris aliquando, quem tam diu parturis? non libenter Christus post tempus nascitur, impletis diebus nasci gaudet: serò nimis eum parere vult, qui in extremâ senectâ, in decivi ætate, in morbo extremo, cum dilationibus eum parit, sterilis est illa ætas nec apta partubus: cervæ incuruantur & pariunt, & educunt fætus in pascua; tu instar elephantis decem & ampliùs annis paturis. Libenter Christus etiam peregrè nascitur; nam si per occasionem sive casu prædicetur, annuntietur, laudetur, contentus est; imò illa mater illi est gratissima, quæ in id constanti animo incumbit, ut nihil perfectionis, quòd Divinâ gratiâ consequi possit prætermittat. Etiam in stabulo, etiam in præsepio Christus libenter nascitur, libenter videt exerceri Virtutem, tegi & quasi pannis involvi, inque præsepio reclinari

C per-

perfectionem, & humiliatione simpli-
tateque velari, & abscondi Sanctitate
delectatur enim istiusmodi caver[illegible]
DEUS, præsertim dum recens natus [illegible]

6. *Evangelizo vobis gaudium magnum*

Proprium pastorum est in Christi [illegible]
tivitate gaudere si Christo nato pasto[illegible]
animarum non gaudent, aut pasto[illegible]
non sunt, aut mali sunt. Mulier dum [illegible]
rit tristitiam habet; cum autem pepe[illegible]
obliviscitur doloris sui, quia natus [illegible]
homo in mundum. Proh pudor! nato [illegible]
mundum homine, prægaudio mater [illegible]
liviscitur omnis angustiæ suæ; nato [illegible]
tem in mundum, nato in corde homi[illegible]
pænitentis DEO & Christo, non gaude[illegible]
pastor, & curator animæ pænitent[illegible]
quis det pastoribus animarum zelu[illegible]
ut Christum in animabus forment & p[illegible]
turiant haud dubiè enim non semel ga[illegible]
derent nato Salvatore in corde! ô qu[illegible]
etiam det experiri gaudium in cord[illegible]
quod verè zelosi animarum Patres h[illegible]
bent in conversione animarum
ad DEUM quàm
plurimum!

7. *Inf*

7. *Invenietis infantem.*

Non multùm est laborandū in salute, lùs longè laboratur in perditione. Inenitur salus à non quærentibus illam, ıanibus autem & pedibus impijs accerınt mortem, & tamen salus obvia neligitur, mors & perditio reposita reahitur. Ecce, ait, hoc vobis signum: Inenietis infantem: non erit laborandum ı quærendo; Ite, invenietis. Sed ô Doıine JESU quem? & ubi? & quoıodo? qualemque te inveniemus? Inenietis infantem pannis involutum, po tum in præsepio. In infantiâ, in simplitate, in candore, in innocentiâ, in sincetate, invenitur Christus; in præsepio enique invenitur, in obedientiâ, indif:rentiâ plenâ! O homo: nondum ad staulum, nondum ad præsepe amandatus ;, & te obedientem, sanctum, indiffeentem, religiosum profiteris: imò obeıre renuis; an te putas inutilem futuım, si te in hoc aut illo indifferentem :ceris? etiam in præs:pio Christus, hristus est, etiam præsepe ei locus est, ımētorum quidem, sed tamen ciborum ›cus: nam & tu jumentum es, & certè

in salutem jumentorum vocatus ab qui homines & jumenta salvabit. T si fueris Christum invenies, & bonæ luntatis homo eris, pacemque habeb

8. *Videamus Verbum hoc, quod factum est.*

Sancta hîc curiositas est, videre V bum hoc quod factum est, sed tran opus est usque Bethleem; id est, à rati ad fidem, à superbiâ ad humilitatem peccato ad pœnitentiam, à tepore pietatem, à præsumptione ad erubesc tiam, à negligentiâ ad admiratione istis modis si transieris, Verbum quod ctum est videbis. Et quid videbis? quale videbis? videbis DEUM homine vitam mortalem, Verbum infans, o nipotentem fabricatorem Cœli in p sepio, Filium Dei, Filium Virginis: debis pendere ab ubere, in cujus ma escæ sunt totius mundi; vestitum pann qui Cœlum vestivit stellis; jacere in p sepio, qui mundum sustinet in nihil O si transeamus omnes & videamus V bum hoc, quod factum est. Hîc inve ratio quod credat, sed quod non capi videbit hic superbia, unde humilietu

vi

debit peccator, cur pœnitentiam agere debeat; videbit superbus, quantùm se humiliare debeat; videbit humilis, quantum sibi ad humilitatem desit. Anima mea agedum transeamus & videamus verbum hoc.

9. Et Verbum Caro factum est.

An propter Angelos? non, sed propter homines, & propter nostram salutem Verbum Caro factum est! O dignitatem, quæ talem rem tam vili carni agglutinavit! ô omnipotentiam, quæ duas naturas in unitate personæ substantialiter conjunxit! O misericordiam, quæ propter nostras miserias id fecit! ô liberalitatem, quæ cum minoris posset tanti nos redimere voluit! O amorem, qui nos sic dilexit! ô sapientiam, quæ id excogitavit, cui capiendo, nec Angeli pares! ô judiciorum abyssum, quæ tamdiu id distulit! ô fidelitatem, quæ promissis & prædicationibus stetit, nec hominum ingratitudine, & fœdifragio nostro fracta est! ô gratiam verè gratiam! siquidem, qui plurimùm debebant, quibus minimè debebatur præstita est! ô bonitatem, quæ reperit, quomodo etiam pessimis optima fieret.

10. *Et Verbum Caro factum est.*

O anima, quantum est pretium tuu si non scis, stabulum hoc ingreder schola hæc est, in quâ JESUS pretiu tui te docet. Eheu cur non advolet mu dus lectionem istam auditurus? Tune, homo, animam tuam diabolo peccan vendes, inferis addices, quàm DEUS inde eriperet, de Cœlo in terram, in Vi ginis uterum, in carnem nostram, in st bulum & præsepe descendit! O si excit ris zelus, & animas ames tanti à DEO stimatas.

II. Considera cur DEUS sit fact homo. 1. Volebat homo DEU omninò videre, ideo fingebat eum v riè: huius desiderij explendi causa DEU Homo factus est. 2. Non amab purum DEUM, ô homo! ama DEU Hominem, si forte trahat te naturæ sim litudo. 3. Non successerat DEO veritas, & absconsio; probat an succed amabilitas, & cum hominibus conver tio. 4. Volebat & tentabat hom fieri DEUS, sed quia modum ignoraba ideoque periculosè in eo laborabat; eum ut doceret DEUS, factus est hom ut quâ ratione DEUS homo factus est, rati

tione homo fieri conaretur DEUS, de-
endendo ſcilicet non aſcendendo, mi-
iendo ſe non amplificando. 5. Non
iud quid, ſed homo factus eſt; ut quia
omo per hominem perierat, per homi-
em ſalvaretur. 6. Utque etiam
EUS homini extremum amoris & be-
evolentiæ ſuæ gradum exhiberet: vi-
ebatur enim homo omninò putare par-
a, quæ DEUS ſui causâ hactenus fece-
t. 7. Tanta hominis erat lapſi vi-
tas, ut nulla creatura dignata ſit homo
eri; apud ſolum DEUM tanta fuit di-
natio; ſolus ergo DEUS Homo factus
t. 8. Solus DEUS pretium homi-
is noverat, ſolum ipſum aſſumpſit. 9.
In homine abundârat delictum: ma-
nus medicus excellentem infirmum
elegit, in quo ſanato, perfectionem ſuæ
rtis præſtaret.

12. Si DEUS in ſtabulo jacens te
on humiliat, nec à te impetrat, ut à pec-
ato, ab irâ ceſſes, quis impetrabit; Chri-
tus in ſtabulo tuam inurbanitatem dam-
iat, qui eius inſpirationes rejicis; Chri-
tus in ſtabulo unus eſt doctor; mundus,
acodæmon in ſuis pompis delicijſque
ilij ſunt! audi utrumque à quo veritas

ſtat hunc ſequere. Pax hominibus bon
voluntatis indicatur, quid? cur non d
ctis potentibuſque, eruditis, divitibu
delicatis? Vide an ſis ex claſſe eorun
qui ſunt bonæ voluntatis. Gaudent A
geli de noſtris bonis: quam nos exp
rimur in hac Natvitate Chriſti lætitiar
& in quo gaudemus, potiùs in Chriſ
& futuris bonis, an in mundi & præſe
tibus? Nunc judicium eſt mundi, id e
mundus judicat, & Princeps hujus mu
di, ideſt DEUS, ejicitur foras.

13. O mater, quæ tua in Chriſti n
tivitate gaudia? ô quis dolor, quod
ſtabulo pepereris illum, cui, quia Pat
non poteſt dignum invenire locum p
petuò illum in ſe ipſo, in ſinu imò c
de parit & geſtat! O anima mea ſi vell
Pretioſiſſimæ Virgini ancillari tan-
tiſper, dum Chriſto puerulo
obſequia exhibet,
imò ſi digna
eſſes.

IN FESTO S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

Ecce ego mitto ad vos Prophetas & sapientes. *Matt.23.*

Benedictus qui venit in nomine Domini.

1. NOn est benedictus, qui in nomine Domini non venit, simulque & illi maledicti, qui cum Christum in nomine Patri venientē, recipere debuerunt, receperunt diabolum in nomine suo venientem. Solius est hæc Christi & servorū eius proprietas venire in nomine Domini. Venit quidem diabolus etiam in nomine Domini, sed mentitur; neque enim ille Dominus est, sed vilissimum mancipium & dominationis servus. Soli Christo sicut Dominum esse, ita & in nomine Domini venire convenit. Proinde dic illi, anima mea, hodie in Sanctissimo Sacramento venienti ad te: Benedictus qui venit in nomine Domini. Quanquam ille

non solùm nunc in nomine Domine v
nit, sed etiam in nomine Patris, spon
amici, divitis, doctoris, magistri, Reg
fratris, judicis: proinde sicut ille mul
plicat nomina in quibus venit, ita etia
tu multiplica affectus ac benediction
venienti; & sicut illius nomina non su
tantùm nomina, sed sunt rebus plena, i
tuæ benedictiones sint, non tantùm ori
sed etiam operis. Est ille pater, & fung
tur officio Patris in te accuratè; funge
& tu officio filij erga ipsum solicitè. B
nedictio tua reverentia in Patrem, fid
& amor in Sponsum, benevolentia in
micum, fiducia in divitem, disciplina e
ga magistrum, obedientia & subjectio i
Regem & humilitas, &c. Has bened
ctiones illi exhibe & impertire ad te ve
nienti.

2. Ecce ego mitto ad vos Prophetas

Vide ut attendas quis mittit, quale
mittit, ad quos mittit. Quis? Deus an dia
bolus? caro an tu ipse? quos Propheta
an vaniloquos? quales? veros an falsos
sapientes an stultos? Vide etiam, quo
modo te cum illis geras? an ex illis occi
das, crucifigas, flagelles. Non sunt om
ne

nes rejiciendi,sed nec omnes recipiendi: Nam ut Helias deploravit necem Prophetarum; & ipse nihilominùs multos necavit. Væ si Prohetas à Christo missos rejeceris. Væ si Prohetas diaboli receperis. Prophetæ Christi sunt inspirationes Sanctæ, superiores Ecclesiæ & Religionum, hos si abjicis, crucifigis non obediendo, flagellas murmurando, væ tibi, quia relinquetur tibi domus tua deserta: Prophetæ Christi sunt, qui temporalia contemnere, mundum deserere, vitam & brevem vitam esse, mortem adesse, instare judicium; patere infernum, futura esse quærenda & superna denuntiant. Prophetæ diaboli sunt, qui futurorum oblivisci, præsentibus inhiare docent. Elige quibus credas; quæ te vocat cogitatio ad laborem, ad fervorem, ad Dei timorem, Propheta Christi est. Quæ te vocat ad otium, ad indulgentiam, ad cessationem diaboli, est. Cautus igitur esto, & proba spiritus utrum ex Deo sint an non?

3. *Hierusalem quæ occidis Prophetas.*

Multi sunt lapides, quibus lapidantur Prophetæ Dei, vel potiùs multis mo-

dis affliguntur Prophetæ Dei, & resist
tur illis crucifixione, flagellatione, pe
secutione de Civitate in Civitatem, lap
datione, occisione: Propheta Dei est or
nis bonus, qui ideo vivit inter malo
ut isti corrigantur, ille exerceatur,
vulgo fit exercitium hujus, at non ite
correctio illorum, sed deridetur jul
simplicitas, mittitur lignum in pane
eius, amandatur monasterijs, loqui pl
centia jubetur, gravis est etiam ad v
dendum, verba ejus in malum, in odi
sum, in obscænum, & scurrilem torque
tur sensum, quia non curiosa, sed fr
ctuosa docet, deseritur. Propheta Dei e
Verbum Dei, quod quomodo tractet
ab hominibus, indicat parabola illa c
semine, cujus granum aliud cecidit s
cus viam, aliud inter spinas, aliud in p
tram, vix unum in terram bonam. Ag
dum vide & tu quomodo Prophetas Do
mini tractas. Quod si & ipse Prophet
Domini esse desideras, ex prædictis not
agnosce, imò ad eas te præpara; si enir
eum, qui loquebatur in Prophetis, pe
secuti sunt, & te persequentur. Et si ma
agricolæ non sunt reveriti filium Patri
familias & Regis, sed ejectum extra v
neai

neam dicentes, hic est heres, interfecerunt eum, quid, ni & tibi si servus ejus es, faciant similiter. Consolamini ergo? ô Prophetæ Dei in verbis istis.

4. *Quoties volui congregare filios tuos.*

O quam excusationem habebunt homines de peccato? quid prætendent suæ perditioni, quàm illis repetet justus Judex, Quoties ô munde volui congregare filios tuos, & quis fuit impedimento ne congregarem? tu qui noluisti. Nonne ego invitavi ad cœnam magnam, nonne nuntios misi? nonnè dixi? omnia parata sunt, venite ad nuptias, vos autem quid? abijt unus ad negotiationem suam, alius in villam suam, alius ad juga boum, alius ad uxorem, alij etiam tenuistis & necâstis servos meos. Nonne ego & primâ, & tertiâ, & sextâ, & nonâ, & undecimâ horâ exij conducere vos in vineam, quod justum esset dare promittens & noluistis? Quoties volui congregare? Verba sunt quæ Pietatem Dei in nos clamant, sed simul, quæ, intolerabile secum judicium portãt: quis enim est, qui

ad illud, quoties, Deo sufficienter respondebit?

5. Quoties volui congregare filios.

Videtur nihil aliud agere Deus quàm congregare filios dispersos, vagos, captivos, errantes: nulli sumptui, nulli industriæ, dicam plus, labori, molestiæ, dolori nulli parcit. Aspice JESUM crucifixum, quomodo tanquam gallina expandit alas suas, ut congreget sub illas omnes filios hominum. Quoties volui congregare? congrego beneficijs, congrego terroribus, congrego supplicijs, exemplis, Sacramentis, concionibus, congrego assiduis ad intra admonitionibus, congrego varietate rerum, præsentium quotidianis funeribus, calamitatibus publicis. Væ tibi quisquis toties & tot modis à Deo congregatus segregari tamen maluisti, congregari noluisti, despexisti omne consilium, dixisti non serviam: voles olim aggregari, sed quando non congregationis, sed segregationis erit tempus, quando exibunt Angeli & separabunt malos de medio justorum, quando è tritico zizania collecta in fasciculos, ad cremandum conferentur, quando è

do è medio convivarum Dei, intrusi illi, veste nuptiali carentes rapientur & ligati in tenebras mittentur.

6. Ecce relinquetur domus vestra deserta.

Pœna pœnarum ista est, domus deserta, deserta, inquam, à Deo, à speciali ejus cura, ab actualibus auxilijs, à pœnis etiam flagellisque filiorum, hoc est, dari in reprobum sensum, in desideria erroris, hoc est, misericordiam apud DEUM consequi, ut non discas justitiam. Hæc pœna illorum est, qui noluerunt congregari, qui (ut S. Stephanus interpretatur hodie Judæis) restiterunt semper Spiritui Sancto, quibus beneficia Dei in pœnam facta sunt, qui flagellis etiam durati sunt, & pejores effecti; his enim relinquetur domus sua deserta! Proh pœnam! Deseri à Deo infernus est: nulla enim in inferno pœna esset, si derelictio à Deo nō esset; quid boni speras in eo, qui ab omnis boni fonte desertus est? Domum desertam adi, qualis est ornatus ejus? qui incolæ; quæ munditities? quæ cura? Domine obsecro per viscera misericordiæ tuæ, ne desertam relinquas mihi domum meam, sed me corripe in miseri-

cordiâ, oleum autem istud peccatori non impinguet caput meum.

7. Lapidatus Stephanus: an qui coronæ eius gemmæ & lapides pretio desiderabantur? an quia mollis non e ad Cælum via, sed strata lapidibus? A Synagoga Judaica sterilem vult agrur Ecclesiæ reddere, & ideo in eum lapide mittit? sed se magis sterilem ostendit quæ tantùm lapides, hoc est, dura cord Deo exhibet. An quia matyrium Stephani est Principium Ecclesiæ Christianæ belli tympanum quod tunditur, ut cla sicum Militibus Christi designetur? tympanum Stephanus est. Certè martyri Stephani exacui debebant secuturi Mili tes Christi, ideo Stephani lapidatio, co fuit martyrum: ad cotem enim acuitu ferrum. Hoc acumen Stephani obtur dere lapidibus volebant Judæi; sed sicu lapide obtunditur, ita etiam extenditu acies ferri. An janua Cœlorum tribula tio & matyrium est? Christus ergo firma fores istas lapidibus Stephani. An lapi des esse servos Dei debere indicatur, i deo lapidibus Stephanus enecatur? Im pij, pigri, diaboli servi, de stercoribu boum lapidabuntur: at Christi servo lapi

lapides manent: volunt non ſentire, volunt non cedere, imò volunt tunſionibus iſtis expoliri, & ſuis locis coaptari lapides ſint, ſtemma quippè SS. lapis eſt hoc Chriſtus omnibus in Stephano proponit. Vultis vincere milites Chriſti? ſtemmata habete. non enim Stephano coronam nomen, ſed lapidatio contulit.

3. *Video Cœlos apertos & IESUM ſtantem.*

Tantâ violentiâ pulſaturo, quidni paterent Cæli? Verùm eſt à diebus Joannis Baptiſtæ Cælos vim pati cæpiſſe, ſed à nullo vi majori expugnatos (Chriſtum excipio,) quàm à Stepano adhuc fuiſſe, certum quoque eſt. Aperti Cæli ad inſolens, nempè viſum ſpectaculum: oſtentabat quippè Chriſtus Cælo Athletam ſuum primum: inſignem enim ſine dubio eſſe oportebat, quem Chriſtus primum pro ſe pati volebat. Geſtiebant etiam Cæli fortaſſe, Chriſtum excipere, & ideotanto ante patuerunt: tantâ nimirùm aviditate Cæli ſalutem noſtram & ædificationem ſuam expetunt, ſi modo nos apti eſſe conemur. Aperti Cæli & ſtans JESUS, declarant unde tantùm in

Chri-

Christi servis robur: non de terrâ sanè sed de Cœlo. Quid ergo pugnare moramur, patente Cælo, fluente auxilio, stante pro nobis JESU? Aperti Cæli & stans JESUS, demonstrat patere viam ad sese, modo sit qui veniat, imò priùs quàm incipias ire. Mirum sanè: vix extulit Stephanus oculos, & vidit apertos Cælos: tam prompti sunt Cæli admittere preces eorum, qui Cælo sunt digni, ipsi se necessitatibus eorum & precibus aperiunt. Quis non pugnet? theatrum mundus spectator JESUS, auxiliator JESUS, præmium Cæli, hostis homo. Quis non pugnet? nondum Stephanus vicit omnia, Cælum apertum vidit. Non differt Deus ijs præmia, quos videt festinare ad prælia.

***

IN

IN FESTO SANCTI IOANNIS EVANGELISTÆ

Dixit JESVS Petro: Sequere me. *Ioan. 21.*

Recubuit in cænâ ſuper pectus eius.

NOn ſolum Domine JESU ſuper pectus, ſed etiam intra pectus noſtrum tu recumbere ſoles & delectaris. Et eſt quidem ingentis tuæ in Joannem dilectionis argumentum, quia illum ſuper pectus tuum recumbere permiſiſti; longè tamen & quidem incomparabiliter major eſt dignatio, quòd tu Deus Dominus in cæna Sanctiſſimi Sacramenti cui nos reficiens, intra pectus noſtrum recumbis, intra viſcera noſtra te recondis. Etenim quis capiat quantùm ſit gloriæ pondus in hac prædicatione, quæ de unoquoque communicantium fieri poteſt, quod Dominus JESUS hodie recumbat, vel recubuit ſuper pectus eius? Gloriatur S. Joannes, quòd recubuerit ſuper

super pectus tuum, atque se veluti notâ à cæteris discernit Apostolis: & merito, sed cur & ego non glorior in te, quod tu Rex gloriæ recubueris super pectus meum? Cur me vel hoc solo motivo insigni aliquâ victoriâ & Sanctitate heroicâ de turbâ servorum tuorum non segregabo? Joanni illud semel tantùm contigit; mihi hoc tu facis quotidie, certè frequenter Joannes occasione illâ usus, ingentes amoris tui notitiæque tuæ thesauros hausit, cur ego infelix & negligens tam frequenti non utor ad eosdem illos & similes effectus decerpendos in simili casu, occasione? Mi JESU qui animas nostras adeò tenerè diligis, quoties in pectoribus nostris recubueris, toties nos plenitudine amoris tui sapientiæque cælestis adimpleas, ut te apud nos recubuisse palam sit

2. *Dixit IESVS Petro sequere me.*

Quoties tibi id dictū à Christo? quàm pridem? quàm in singula momenta dicitur! abis post desideria tua, superbias tuas, reputationes, adinventiones tuas. Deus interea clamat; quid sectaris ista quæ non sunt ad pacem tibi, quæ te cruciant

ciant? ſequere me. Petro ſemel dictum eſt, ſecutus eſt, quia & de aliorum ſecutione ſolicitus fuit; tibi toties dicitur, nihil efficitur. Cogita te in bivio ſitum; hinc creaturæ ſunt, hinc Deus, ambo dicunt, ſequere me, quem eiligis. Ne ſpecta hæc ſola, quæ primâ fronte præferunt illicia, horridus ad Deum acceſſus, via Chriſti crucibus ſignata eſt, horret tribulationibus, infamijs, contemptu; verum eſt: è contra creaturarum trames & via mundi læta per omnia eſt. Sed finem reſpice, attende & illud, quis illorum uſurpet juſtius hanc vocem, Deus an mundus? Quâ fronte uſurpas munde, ſequere me? an ego propter te, non tu propter me conditus? quin tu magis ſequere me, mihi ſervi; à Deo ego & propter Deum me conditum eſſe recognoſco, Deum ſequar. Cogita, quòd tot jam annis ſecutus ſis paſſiones tuas, & deſideria tua, & quid tandem es conſecutus? Cogita quod jam tempus moneat ut aliquando Deum ſequi incipias. Serva ô homo ordinem; ſequere Deum, cætera te ſequantur. dic iræ tuæ, quouſq; effrenis imperabis mihi & ſequar te? jam me tandem ſequere. Parcere inimicis Deus jubet, ratio dictat, ſequere.

3. *Conversus Petrus vidit Discipulum, quem diligebat JESUS, sequentem.*

Magna consolatio Superioribus, cùm vident Discipulos JESU dilectos, JESUM sequentes. O si tu velles eam consolationem dare tuis superioribus, ut præsint tibi non gementes sed gaudentes. Nota autem quòd Petrus non viderit nisi conversus. Prælati enim exemplum plus prodest subdito quàm verbum: vis ut tui subditi sequantur JESUM, sequere tu prior & convertere: tunc conversus videbis & gaudebis.

4 *Vidit illum Discipulum, quem diligebat IESUS.*

O insignem notam! Discipulus, quem diligebat JESUS, Discipulus erat, dilectus JESU erat, ergo bonus Discipulus erat. Tu cogita, quæ sunt boni Discipuli notæ easq; in te quære. Diligebat JESUS Joannem, Joannes dilectus erat & exinde gloriatur, meritò: Quid enim deest dilectis JESU? Cogita fructus, quos habent homines cùm à Regibus diliguntur. Cogita quam tener, accuratus, fervens, assiduus, constans sit Deus in amore dilectorum suorum.

suorum. * Cogita quæ sit inter amorem Dei, & amorem creaturarum differentia. Quæ mater sanavit filium amando? quis amicum ditavit amando? Cogita quàm perfectè omnes amicitiæ notæ cōveniunt amori JESU. Cogita JESUM non ob aliam causam amare, quàm ut redametur. Quid hic injusti? Erant alij Sancti apud Deum & Christum magni, sed nemo sicut Joannes hic. Erat Abraham charus & amicus fæderatus, cui Deus juraverat amicitiam: Jacob fortis fuit etiam contra Deum: Moyses quoque in domo Dei fidelissimus erat, cui ore ad os loquebatur Deus*: David fuit secundùm cor Dei. Elias quasi ignis, Deum videbatur in suâ habere potestate: Josue, Deus obedivit, sistens ad eius vocem solis cursum: Enoch ita Deo placuit, ut eum tulerit Deus metuens ne in terrâ corrumperetur: Joannes Baptista, Angelus Dei fuit, magnus coram Domino, amicus sponsi. Omnes Apostoli non servi, sed amici, filioli: Petrus etiam potestate ac regimine alter Christus; solus tamen iste Joannes erat, quem diligebat JESUS, qui supra pectus eius recubuit, quem Matri eique Matrem moriens commendavit, ingen-

ingenti sine dubio & gratiâ & prærog tivâ. Angelis satis est, quod desidere & possint in Christum prospicere, Joan datum est recumbere.

5. *Qui & recubuit super pectus ein*

Res pretiosæ, res charæ, res necess riæ, res teneræ, in sinu servantur. At J annes ista omnia apud JESUM. Princ pes super pectus insignia sua appendun aut gemmas pretiosas: an talis Joann Christo? Alexander Ephestionem am cum, alterum se dixit Sedes amoris pectore: tenerrimus amor Joannis fu erga Christum, ideo illum pectore a pressit tanquam pectore conditurus. S tiebat nimirùm amorem JESU Joanne expleturus sitim eius JESUS, ad fonte amoris admovet, ut quantùm velit b bat. In Joanne regnabat amor JESU, s dem regiam non habebat; sedes eius p ctus: ergo in JESU pectore collocatu Joannes testis erat futurus amoris JES erga mundum: ideo illum JESUS indu xit in illas amoris sui officinas in pectu scilicet suum, ideo nemo plus de char tate scripsit docuitque Joanne tanquai oculatus testis. Joannes Baptista no dignu

ignus sibi videbatur, ut solveret corrigiam calceamenti JESU; Joannes iste iam recubuit super pectus eius; & forte etiam hic impletum est illud; Non surrexit major Joanne Baptistâ inter natos mulierum, sed qui minimus est in regno cœlorum major est illo, minimus statu inter Ecclesiæ filios, (scilicet Apostolos) Joannes. Recumbere super pectus JESU, est Christi providentiæ inniti, bonitas Dei Ubera sunt, lac providentia. beatum, qui hoc lac ex Uberibus sugit. Recumbere super pectus JESU, est in eo locum sibi facere, armaturam ex JESU sibi facere, horreum sibi JESUM facere.

6. Domine quis est qui tradet te?

Cum supra pectus tuum JESUS recubuerit, tu ex illo quære; Domine quis est in me habitus, quis actus, quæ passio, quæ te tradet? quid tibi in me inimicum, proditorium, Domine? illico ejicio illud.

7. Domine hic autem quid?

Sæpè sic facito, ad JESUM te ipsum, tuos mores adducito, & quærito; Domine hic autem quid placet tibi? siquidem te imitatur. Nec timeas ne dicatur tibi,

quid ad te? Multum enim id ad te sic qu[illegible]
rere. Verum est, si mores pravi sint, d[illegible]
cet tibi JESUS de illis, quid isti ad
mores? tuæ occupationes? tu me sequ[illegible]
re. Vide ut studeas obedientiæ. Vide [illegible]
Christum sequaris.

8. *Sic eum volo manere.*

O mi JESU velis me sic manere, [illegible]
in tuâ gratiâ, in tuo amore, in tuo p[illegible]
ctore, in tui imitatione, de alijs non i[illegible]
quirendo, te sequendo, nunquam pe[illegible]
peccatum moriendo. Ah quis est disc[illegible]
pulus iste qui non moritur! heu mihi
ego mortuus! quid si morior? Beatu[illegible]
ille de quo exijt sermo inter Angelos [illegible]
Sanctos, quod non moritur, quod no[illegible]
men ejus scriptum sit in Cælo, quod i[illegible]
gratiâ confirmatus sit, quod proficiat us[illegible]
que perfectum diem, scilicet Christi imi[illegible]
tationem & dilectionem, quod verum si[illegible]
testimonium eius, solida Virtus eius, ve[illegible]
ra humilitas, germana charitas, heu
circumspice totum mundum, quis est d[illegible]
quo possit dici modo; non moritur.
In eo Christus nuper natus;
quid si jam mor-
tuus est?

~~ 75 ~~

IN FESTO S. INNOCENTIVM MARTYRVM.

Angelus Domini apparuit in somnis Joseph. *Matt. 2.*

Surge & accipe Puerum.

EXpergiſcere anima & futuri operis magnitudinem animo præconcipe; odie enim accipere & excipere hoſpi-o debes venientem de Cælo, an magis igientem ex ſtabulo? JESUM. O! vide, ne ſtabulo in cloacam intret, alioquin elius eſt in Ægyptum illum profugere. uod ne fiat, excita tuas potentias om-es, ſurge Intellectus, dicito, & quan-is ſit iſte Puer bene cognoſcito: ſurge oluntas & te omnibus affectibus erga unc Puerum amabilem imbuito: ſurge ides, ſurge humilitas, liberalitas, amor, everentia, gaudium. Capaci loco opus t; cum matre venit, nec Joſeph abeſt. mnes hos affectus obvios mitte, omni-is te adorna, omnibus illum excipe. uer eſt, teneriter eſt excipiendus? Puer

est dilicatè fovendus. Puer candidè, sir
pliciter, sincerè, innocenter tractandu
gestandus. Puer est, dulciter amandu
Puer est, fideliter & fiducialiter cum il
agendum, & ab eo quidlibet postula
dum

2. *Fuge in Ægyptum.*

Fugit Puer Christus in Ægyptum; t
nera enim Virtus non est periculo e
ponenda. Nuper confessus es, ne te h
die in peccandi occasionem ingere, qu
novitia & heri nata est Virtus tua, pe
mitte illam crescere & Christum robor
ri: fugit Christus ex Judæâ in Ægyptur
nempè salus ex Judæis transfugit ad Ge
tes, fracti sunt rami olivæ, ut oleastri i
sererentur. An non cum gaudio recep
runt Gentes, quod persecuti sunt Judæ
Evangelium Christi? an non & hod
Christus ex Christianorum regnoru
Judæâ fugit in novi orbis Ægyptum, s
seque illuc persequentibus hæretic
transfert? Fugit Christus, ut se gravio
conservet labori; si hodie perijsset, in
potentiæ eius ad liberandum se adscrib
remus. Fugit, Herodem illusit, consiliu
suum implevit, fructui & usui nostro.

conse

onſervavit : nam eo hodie interfecto,
bi doctrina, ubi exempla , ubi miracu-
, ubi Sacramenta , ubi leges, ubi Apo-
oli, ubi Eccleſia? Fugit Chriſtus, ſed quid
pus fugâ , nonne à Deo præfinitum fue-
ıt Chriſtum ab Herode non perire? Ita
mninò , ſed etiam præfinitum fuerat
ugiendo Herodem ab Herode non pe-
ire. Exigit Deus cooperationem no-
ram. Et Paulo promiſſum fuit non pe-
iturum quenquam in mari ex ſocijs ,
tamen Præfecto navis ait ; ſi fugerint
i, vel niſi manſerint hi, omnes ſubmer-
emini: Fugit Chriſtus ſed majore fugi-
ndo potentiâ, quam Herodes ſæviendo
urore. Evaſit enim Chriſtus, fruſtratus
ſt Herodes, & tantam infamiam crude-
itatis, iræ præcipitis , ambitionis ſtul-
itiæque incurrit. Fugit Chriſtus, ut ho-
no hominibus eſſe oſtendatur : multa
de illo dicta fuêre, mira , & facta : illu-
ſtrata Nativitatis nox, exciti paſtores,
auditi cantus, viſi exercitus Angelorum,
ſtella adduxit Reges ad adorandum, flu-
xit oleum , corruit templum, iſta clama-
bant omnia Divinitatem pueri , etiam
Humanitatis ſignis opus fuerat, ergo cir-
cumciditur, offertur, fugit Chriſtus puer,

Virgo Mater, custos Joseph: non enim servatur innocentiâ, & Virginitas ni Joseph fugiat occasionem peccandi. Fugit Puer Christus in Ægyptum, nemp qui interfectis Ægyptiorum pueris edu xerat inde Israëlem: hodie se restitu Ægypto puerum. Fugit in Ægyptum Christus. O quanta mutatio! olim qui Ægyptij necabant pueros Israëlitarum Ægyptiorum pueri unâ nocte interfecti sunt. nunc quia Judaicus Rex quærit in terficere Judaicum puerum, alij quiden necantur, Christus autem in Ægypt servatur. Moses fuit figura Christi; sicu ergo ille in Ægypto ereptus morti, & Synagogæ servatus fuit; ita Christum Ecclesiæ in Ægypto servari decui.

3. *Occidit omnes pueros.*

Num nulli filiorum hodie non alie norum tantùm, sed magis etiam suorum interfectores? quanti enim immolan filios suos, & filias suas idolo Moloch & non Deos? Olim dictum est: Seniori re verentiam exhibe: correxit alter dictum imò, inquit, juniori nõ decet leviter, im pudicè, malitiosè coram sene agere, se minùs coram juvene. Maxima debetu

puer

[m]uero reverentia. Si quid turpè paras, [n]ec tu pueri contempseris annos, sed [p]eccaturo obstet tibi filius infans. Nil [di]ctu fædum, visuque hæc limina tangat? [in]tra quæ puer est procul hinc, procul [h]æ puellæ. Quid Christianus magis pium [d]e educatione diceret?

4. Rachel plorans filios.

Rachel Ecclesiam vel religionem si-[g]nificat. Hæ in consolabiliter plorant, [q]uando filij sui non sunt: non sunt autem, [q]uando ad matrū gustum non sunt. Quid[n]i fleat hæc mater, memor quales olim [h]abuerit filios qualibus nunc caret! Væ [m]ihi si mater mea plorat juste super me, [&] verè dicit de me, meique similibus: ab [in]itio autem non sic fuit! Et hoc Abra-[h]am tuus JESUS, tuus Fundator non fe-[c]it. Magis verò etiam mihi, væ si mores [m]ei, & exempla mea in causa sunt, quo [m]inus mater mea ejusmodi habeat filios [q]uales vellet, quales deberet. Expedi-[r]et molam asinariam affigi collo, & mit-[t]i in profundum maris, quàm scanda-[l]o esse alijs: nam omninò si væ est mun-[d]o à scandalis, millies væ ab ijsdem, re-[l]igiosis.

5. *Ex Ægypto vocavi filium.*

O ex quantâ Ægypto, quàm tene-brosâ, quàm stultâ evocatus sum, & fi-lius Dei factus sum? Quis det benefi-cium hoc dignè æstimare, quod fec-mihi Deus, & millibus meliorum aptio-rumque relictis, quasi prehensâ man-Ex Ægypto mundi eduxit me. Sanè glo-riantis instar & in hac erga me benef-centiâ complacentis sibi est ista vox De-Ex Ægypto vocavi illum, ut filius meu-esset, feci illi tantùm beneficium, qua-tum faceret amantissimus parens, q-videns filium suum in medio pericul-rum, in medio pessimæ servitutis, eu-inde educeret & eliberaret. At si ego i-gratus tanti aliquando beneficij fuer-& minùs dignè officio filij, in talem p-rentem functus fuero, erit minitantis, i-dignantis, exprobrantis vox illa: Ex Æ-gypto vocavi filium meum, & ipse-respondebat mihi.

6. *Futurum est, ut Herodes quæ-rat Puerum.*

Quid dormis anime tanquam sec-rus: bonum est, quod Christum habe-quod Matrem habeas; sed nonne H-roc

rodes in propinquo est? nonne in propinquo hostis est, qui quærit animam pueri? Quamdiu homo in hac vitâ est, Christum puerum habet, imperfectam Virtutem habet, obnoxiu peccato, expositus diabolicæ, aliorumque hostium impugnationi vivit, proinde dormire nequaquam debet, sed imò consurgere, excutere semetipsum, & profectum suum debet, & tanquam de medio sæculi hujus incendio raptâ raptim Virtute, & perfectione fugere. Semper ergo homo sibi sit suspectus, semper pavidus, & de Christo puero solicitus. Tunc securus erit, tunc in pace in idipsum dormiet & requiescet, quando occurrerit Christo in virum perfectum, quando pervenerit in plenitudinem ætatis Christi, quando Herodes nullus erit, sed ponentur fines sui, pax & requies opulenta. Nunc autē sciat Herodem irasci mittere exercitus suos, omnes fines infestos reddere, pueris quidem infantibus inhiari potissimum, & conari Virtutem elidere, & in bimatu adolescentem efflorescentem. Itaq; quilibet sibi inculcet illud præsertim, si quando sibi de Virtute, superba conscientia blanditur, futurum est, ut Herodes quærat animam pueri. Sta in timore.

IN FESTO CIRCUMCISIONIS D. N. J. C.

Et cum completi sunt dies octo ut circumcideretur. *Lucæ 2.*

Vocatum est Nomen eius IESUS.

1. VEre vocatum est nomen eius JESUS: salvavit enim me jam alterâ & alterâ vice: salvavit me, hoc est, salutiferum se mihi præbuit in omni vitâ ac præsertim anno præterito: ecce etiam alterâ vice me salvat, salutarem mihi de suo corpore præbens, in sequentem annum imò annos substantiam. O anima recogita tecum in amaritudine, confusione, dolore, emendationis proposito, superioris ætatis indignas communiones, & Sanctissimi Sacramenti tractationes, & hoc deinceps anno constitue coram Deo firmiter & fideliter, dignè semper, quantùm tua fragilitas patietur, & Dei gratia communicare, & Sanctissimum Sacramentum tractare, sciens non

sine

sine causâ vocatum esse nomen JESUS, quia totus Christus est JESUS, hoc est Salvator. Porrò id illi maximè convenit, quatenus est in Sacramento; si enim verba illius sunt verba vitæ æternæ, quanto magis Corpus eius, Sanguis eius, Anima eius, Merita eius, Divinitas eius. Vide ergo quomodo communicas, vide ut Christum in Sacramento receptum semper experiare JESUM, dicereque possis; Nomen eius JESUS.

2. *Completi sunt dies octo.*

Vide quàm ad amussim Christus omnia secundum legem servanda observet, non anticipat, non protrahit, sed postquam sunt completi dies, statim circumciditur. Eheu apud te completi sunt non solùm dies, sed & anni, nec completi tantùm, sed etiã multiplicati, necdum tamen circũcisus est Puer: perinde ut olim incircumcisa lingua, labia, sensus, cogitationes, cor, amores, intellectus, affectus: incircumcisa Paupertas, aliaq; Vota, incircumcisi mores, conversatio, libertas. Vide ne aliquando, dum cõplebuntur dies vitæ tuæ, tunc circumcidi velis ista omnia, sed serò.

3 Et postquam completi sunt dies.

Non multos certè dies JESUS expectat ad passionem suam, octavus dies vix impletur, & jam circumciditur. Maturè nimis Domine JESU pateris propter nos. O si in nobis aliquid fervoris tui ferveat, ad amandum te, ad patiendum propter te. Cogita ecquid propter Christum hoc anno elapso passus es, & quando passus? Si Christus tener, innocensque tam cito dura pati incipit, non te pudet à patiendo tam malum & meritum refugere.

4. Et cum completi sunt dies octo.

Dies hi in Spirituali exercitatione sunt. 1. Inspiratio Divina ad bonum. 2. Animadversio intellectus. 3. Propositum voluntatis. 4. Inchoatio. 5. Suavitas experientiæ. 6. Facilitas. 7. Exempla aliorum maximè Christi. 8. Auxilium Dei paratum. Hi octo dies etsi completi essent apud te, nondum tamen tu circumcisus es, nec mortificatus, nec à creaturis, nec à te abstractus. Et quæ tibi excusatio post istos dies completos relicta?

5. *U*

5. Ut circumcideretur puer.

Quid puero & circumcisioni? quid innocenti & supplicio? quid sano & medicinæ? Prô pudor! circumciditur puer, & maturi ac grandævi refugiunt mortificari: subit innocens pœnam, quàm refugit reus, medicinam sumit sanus, quàm moribundus sumere, vel pigritat, vel erubescit. Hic Augustine dicendum erat. Surgit infans, & fundit sanguinem, vulnus patitur in carne innocenti; nos jam maturi lachrymas nondum fundimus, & nec bona externa pro salute æterna minuimus.

6. Et vocatum est Nomen eius IESUS.

Soli hoc illi proprium nomen, cui soli proprium nomini significatum: nam nonne Domini est salus & assumptio nostra? Utique non est aliud nomen sub Sole, in quo oporteat nos salvos fieri, & ideo certè est vocatum, non autem datum nomen eius JESUS, quia hoc illi nomen ab æterno, cum naturâ ipsâ datum est à Patre; vocatum est in tempore, quando Salvatoris officium & opus implere

plere cœpit. O si hanc nominis JESU prærogativam apprehendas, quod si connaturale Divinitati Christi, medullamque ipsius in se contineat, quàm mellitiùs, crebriùs, frequentiùs, constantiùsque à te sanctificaretur. Sanctificaretur verò oratione, intentione, opere. Oratione, ut illud omnis creatura laudet pro te, quod tu laudare dignè non potes per te. Intentione omnia in laudem eius faciendo. Opere saluti tuæ, & aliorum unâ cum Christo & eius meritis cooperando.

7. Completi sunt dies octo.

Octavo die JESUS circumciditur & nomen accipit: quia & nos non nisi octavo die perfectam circumcisionem & salutem obtinebimus. Quis dies octavus nisi qui Sabbathum sequitur, beatitudo illa, quàm per Christi merita post mortis Sabbathum recipere speramus. O diem octavum! ô verè octava! in quâ verè novus annus nobis illucescet. Cogita corde crebro octavam illam, ut tibi dies isti sex, in quibus te operari oportet, dulces fiant: quoniam adeò liberalis est Deus, ut etiam modicum laborantibus det multam invenire requiem.

8. Voca-

Vocatum est Nomen eius IESVS.

Alij se multipotentes vocant; Christus se omnipotentem vocari voluit. Enim omnipotens nomen eius. Interpone divitum hujus sæculi nomen impetrabis, & efficies multa non tamen omnia; interpone nomen JESU, efficies omnia, impetrabis omnia, quia efficies: impij tiam testes sunt, qui in nomine JESU dæmonia ejiciunt: quia impetrabis, testis ipse est, qui dixit: Amen Amẽ dico vobis, quidquid petieritis Patrẽ in nomine meo dabit vobis. O quàm tu dives, apud quem nomen JESU, & facit, & impetrat nihil. Aliorum etsi Magnatum nomina, nomina sunt tantùm vana, inania, & vacua, nomẽ autem JESU dives est: quàm dives? omnem in se continet bonitatem. An divitias bonitatis eius contemnis? non est aliud nomen, ô stulte, datũ hominibus, in quo oportet nos salvos fieri: Alijs nomina dantur insignia, sed tantùm in spem, quæ sæpè fallit; Christo datur nomen non in spem, sed in rem; ipse enim, ait Angelus, salvum faciet populum suum: & ne hic tantùm spem putes: postea clariùs rẽ præsentem monstrat: Evangelizo vobis

gau-

gaudium magnum, quod erit omnipopu lo, quia natus est vobis Salvator mundi, qui est Christus Dns, & hoc vobis signum. Sunt ergo in hoc nomine omnes thesauri Cœli reconditi, omnes Sanctorum deliciæ, justorum solatium. Unde quicunq; JESUM verè amas, & ab eo amaris, meritò dicere debes, unus JESUS mihi instar omniũ est. JESUS mihi in infirmitate sanitas, in fame satietas, in siti fons aquæ vivæ, opulentia mea in paupertate, requies in defatigatione, robur in imbecillitate, suavitas omnem amaritudinem temperans, Sapientia omnẽ meam ignorantiam erudiens, peccatorum meorum expiator, tentationum expulsor, lux noctem meam illuminans, propugnator adversus omnium hostium insultus, fortitudo mea, perfugium meum, defensor, custos meus, Dominus meus, Deus meus, Pater meus, animæ meæ sponsus, qui me à morte ad vitam revocabit, ipse mea intelligentia, mea memoria, mea voluntas, meum cor, omnia mea, extra quem nil desidero, nec quid desiderem invenio.

9. Computemus nobis annos singuli, an tales vivemus sequentes, quomodo transactos viximus, novus annus est, & ubi

bi? in novis, novitijs. Quid nobis no-
us annus adferet? Volumus quidem tam
nobis ipsis, quàm alijs nostris bona om-
nia, sed quis scit an sint eventura? ecce si-
bi nescio quis ab anno isto spondet vitã,
& affert illi mortem, lætus nunc annum
inchoat, & forsan tristis terminabit. Ecce
illi pro opibus paupertatem, pro honore
& magistratu contemptum, & privatam
vitam. Dicimus omnes novus annus, no-
vus iste est. Sed est mirum, si novus est?
cur nos facit vetustiores? neq; nos solũ,
sed etiam totum mundum. An ideo no-
vus, quia novam senectam trahit, an quia
novam calamitatem minatur, quia anti-
qua vulnera fortè faciet recrudescere,
quia novam nostram improbitatem, hoc
est, recentẽ, vegetam, & ad Deum offen-
dendum nunquam senescentem intuebi-
tur, arguet & fortè etiam puniet. Novus
annus esse dicitur, non quod ille novus
sit, sed qui nos commonet, ut tandem no-
vi esse incipiamus, novi aliquid inchoe-
mus. Peccata vanitates, miseriæ antiquæ
sunt, ad Virtutis novitatem aliquando
aspiremus, & ad solida, ad durantia, ad
semper novitatem retinẽtia anhelemus;
tum demum meritò illis novum annum
gratulabitur.

IN

IN FESTO EPIPHANIÆ DOMINI

Cum natus esset JESVS in Bethleem Judæ. *Matt. 2.*

Cum natus esset IESVS in Bethleem.

1. BEthleem domus panis est. In Bethleem JESUS nascitur, quando in Sanctissimo Sacramento sub speciebus panis ponitur. Nascitur, quia substantia panis in substantiam Corporis, & substantia vini, in substantiam Sanguinis convertitur: nascitur etiam, quia illa transubstantiatio est talis actio, ut apta sit Christum de novo in rerum naturâ ponere, nisi ante præexisteret. Nascitur, quia vi verborum consecrationis, Christus iterum iterumque incarnatur, & unio hypostatica renovatur. Cum ergo nascatur hodie etiã realiter & re ipsâ JESUS in Bethleem, quid est, quod ad eum non veniant Magi? An stellam non vident? & ubi fides vestra ô Christiani? an timent sibi ab Herode

Herode? at vel hodiernorum Mago-rum exemplo discere potest quis, nil posse malitias hominum contra voluntatem Dei. O anima suppletu defectum creaturarum Dei, & accurre hodie ad natum Christum, eumque vel cum tribus Regibus, vel instar eorum adora, adduc ad eum tres Magos tuos, Regesque tuos, id est Intellectum, Voluntatem, Memoriam, adduc ad eum, tres tui partes, vegetativam, sensitivam, rationalem, offerat illi intellectus Paupertatem, memoria Castitatem, voluntas Obedientiam, offerat illi vegetativa munus paupertatis, sensitiva munus puritatis, Rationalis munus subjectionis.

2. *Ubi est, qui natus est, Rex Iudæorum.*

Prô! ubi est? in stabulo, in præsepio: magna erat dignatio si natus fuisset in mundo, etsi in mundi dignissimo loco: quanta jam dignatio nasci in stabulo! quærite adhuc ô Magi? quære & tu ô Anima ubi est, qui natus est Rex Judæorum? ubi est? in speciebus panis est, in visceribus est, in linguâ, in ore, in manibus tuis est. Ergone credibile est Re-

gem

gem JESUM hic esse? est. Vidimus enim stellam eius. Fides nos docet, miracul[a] nos docent, omnipotentia nos docet. Prô ubi est, qui in manibus, ore, visceribus meis est, ah quis ego!

3. *Intrantes domum invenerunt, procidentesq́.*

Adoraverunt & apertis thesauris munera obtulerunt. Hæc hodie sint opera tua anima mea, hæc studia tua, ingredi domum Dei, invenire Christum in Sanctissimo Sacramento, & recipere, & salutare, & tractare dignè, & procidere, & adorare. Thesauros aperire pretiosorum affectuum, eosq́ue coram JESU liberalissimè effundere, nihil ei denegare, nihil eius causa, quod ei displiceat non relinquere, nihil quod placeat non facere, condonare offensas, facere charitatem, discedere à temet ipso, tradere temet illi ex asse. Sic facito anima mea in æternum & ultra.

4. *Cum natus esset IESUS, ecce Magi.*

Sapientia abscensa & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisq́ue? quid nas[...]

JESU[...]

JESUM profuisset si latere placuisset. Thesaurus Christus, & ô quantus? in circumcisione patuit cùm Sanguinem fudit; patet & hodie, quando eum stella ostendit, & Reges quærunt, Herodes invidet. Sed thesaurus iste non absconditur, imò ostenditur, nuper quidem Pastoribus, hodie Principibus, nuper per Angelos, hodie per stellam, ergo patet. Sed humana negligentia omnia dissimulat. Mirum omninò. Magi veniunt Hierosolymam de Rege nato quærentes, Urbem & Regem rumore implent, turbant, ad Scripturas scrutandas, ad inveniendum Christi nati locum tempusque, compellunt, quis tamen Hierosolymitarum comes ivit Regibus? ô Domine! quoties tu venis & nasceris in me? denuntio te alijs, & ipse non venio ad te. Oriatur mihi quæso stella inspirationis tuæ, quæ me efficaciter de adventu tuo edoceat, & ad te compellat agnoscendum.

5. *Ubi est, qui natus est? vidimus enim stellam eius.*

An soli ipsi Reges tres stellam viderunt? non omninò. Cur ergo soli ductum

eius secuti sunt? hoc enim est absconsi judiciorum Dei, hæc est terrenæ miseri indeplorabilis conditio! Pereunt, & pe ditio eorum ex Deo non est: quia Dei omnibus dat signa & auxilia evidenti sufficientiaque saluti suæ. Sed si multi v derunt stellam, cur non multi secut nempè terrenis addicta mens bonis, s gnis cælestibus non movetur, nec bon æternis capitur, verè vel hinc eluce quod multi vocati, pauci electi. Quàm multi simul mecum ad perfectionem, a vitæ emendationem vocati, quàm pau tamen ad id, ad quod vocantur, sequun tur? O Domine sim ego unus ex ijs, quo tu efficaciter vocas ad perfectionem, & ad plenam in servitio tuo perseveran tiam.

6. *Vidimus stellam eius, & venimus adorare eum.*

Eheu qualis tu stella, quæ ducis a Christum alios populos, ô homo! Omnes qui aliorum salutem curant, stella sunt ad Christum ducentes. Jam tu unus ex his qualis stella es? Sunt alij, qui quasi capræ saltantes, sunt alij quasi ignes fa tui, sunt alij quasi ignes alieni, quasi si-

dera

era errantia? quaſi luna, quæ mutatur &
icet luce non ſuâ. Sunt alij tanquam Sco-
æ, ſeu Cometæ caudati purgantes Do-
iini aream, alij tanquam ſcintillæ di-
urrentes in arundineto, qui zeloſos
erventeſque ſignificant. Alij ſunt tan-
uam Sol, conſtanter pleni, perfecti, ſem-
er ijdem. Tu quo de genere virorum
poſtolicorumſis, vide.

7. *Vidimus ſtellam & venimus adorare.*

Si ſtellam viderunt, & venerunt mox
dorare tāti viri, qui tanta poterant, tam
nplicati, prô quæ tua, quæ aliorum
hriſtianorum confuſio! tot ſtellas San-
orum exemplorum vident, tot Angelos
rædicatorum audiunt, tot habent auxi-
a ad vitæ æternæ conſecutionem, ad
ei ſervitium, neque tamen veniunt
dorare Dominum. O quantum nobis
idicium! ecce Magi venerunt ab Orien-
e Hieroſolymam, quærentes Chriſtum
ominum adorare, tu ne unum paſſum,
nam confeſſionem, unam eleemoſy-
am, unam injuriæ condonationem face-
re vis propter Chriſtum, propter
vitam tuam.

8. *Ubi est, qui natus est.*

Vide quàm parum sibi sufficit natu[illegible] & industria humana si destituitur à gr[illegible] tiâ: absconditur stella & Magi, Rege[illegible] Hierosolymam adeunt, præsensque su[illegible] eunt periculum ni Deus vetuisset, nen[illegible] pè putabant Regem apud Regem in R[illegible] gia Urbe (ex Sapientiâ mundi) nascit[illegible] rum. Sic nobis fit ubi minimè speram[illegible] ibi est gratiæ divinæ opus, quia De[illegible] non habet carnis oculos, sed ubi que S[illegible] pientiæ mundi contrarius est. O si ha[illegible] viam cognoscamus Dei. Vide etiam pr[illegible] tectorem Deum, qui Magos etsi insipie[illegible] ter, quia tamen fideliter quærentes [illegible] non tantùm non sinit ab Herode peri[illegible] sed etiam doceri & moveri, & ad bonu[illegible] animari facit. Ite, dicebat Herodes, & i[illegible] terrogate diligenter de puero, quid fa[illegible] ctius à pessimo expectares? Tanti est apu[illegible] Deum quærere Deum fideliter & sinc[illegible] rè etsi aliàs minus prudenter.

9. *Vidimus stellam eius.*

Quid hoc? stellam eius vidimus? a[illegible] aliquæ stellæ non eius? multæ planè ste[illegible] læ non eius. Nam & Satanas transfigur[illegible]

se i[illegible]

in Angelum lucis,&draco tertiam partem stellarum post se traxit in abyssum: nunquid stellæ illæ, ad Deum pertinent, quæ in conspectu eius sunt quidem, sed tamen mundæ non sunt? Non Dei stella est, qui bene docet, malè vivit; huic dicitur: Nescio vos. Non Dei stella intentio prava, non Dei stella, bona sed indiscreta operatio, non stella Dei Prophetæ falsi prædicantes, hæretici, &c. Stellæ Dei illæ et similes illi: Joannes erat lucerna ardens & lucens. Vos estis lux mundi. Vide & tu num stella Dei sis. Mi JESU fac me unum de stellis ijs, quas in manu tenes, ut de manu tuâ nemo possit me eruere,

10. Turbatus est Herodes & omnis.

Quæso quis nato Christo turbatur nisi Herodes? nato in corde Christo, quis turbatur nisi dæmon, nisi peccatum, nisi inveterata consuetudo, nisi socij scelerum? turbatus est Herodes: an quia Regnum perdere metuebat? & quanti sunt, qui etiam hodie turbantur Christo nato, qui infixi sunt terrenis, ut ad omnem cogitationem de æternâ vitâ turbentur: quid hoc est aliud, quàm odium Dei &

 horro-

horrorem futuri seculi in corde haber
Turbatus Herodes, an quia indignu
duxit apud se Regem alium præter
quæri? quidni? sic nimirùm honoribu
alienis, successibusque turbamur sæp
Et omnis Hierosolyma cum illo. Qua
omnis cum illo? an quia ad exemplu
Regis componitur orbis? an quia displ
cere Regi metuebant, & ideo turbari
simulabant? an ut adularentur?

11. Et congregans omnes Principes scisc itabatur.

Verè in bonum piorum vivit impius
laborabat in usum bonorum malus, Æ
gyptij congregaverunt aurum dandum
Israeli: incolæ terræ promissionis labo
rârunt non sibi, sed filijs Israël: Ethni
corum sapientes quæsierunt sapientiam
quàm reliquerunt Ecclesiæ. Herodes de
nato Christo inquirit, ut Reges doceat
Sic scilicet justus lavat manus suas,
in labore, in sudore, &
sanguine pecca-
toris.

* *
*

12. Ubi est qui natus est, vidimus stellam ejus.

Vide ne in te cadat hæc inquisitio [c]œpisti bene, sed à bono desiisti, jam [q]uid dicat in te Angelus tuus, custos [t]uus, proximus tuus, quàm hoc; Ubi [es]t qui natus? Vidimus stellam eius mo-[d]o, qui cæperat esse bonus, modestus, de-[v]otus, fervens, humilis, in pauperes [li]beralis, zelosus, cujus jam stellas vir-[tu]tis, id est indicia vidimus, ubi est? an [p]erijt, an resilijt à proposito suo sancto? [Q]uid si tibi, vel de te diabolus dicat, vi-[d]imus, sed jam extincta est. O quæ tua [m]iseria in tali exprobratione. Disce ali-[q]uando in bono constantiam & sanctam [p]erseverantiam.

13. Qui cum audissent abierunt; & ecce stella.

Ubi feceris, quod tuum est, Deus non [t]ardabit quod suum est. Inquisierunt Re-[g]es, audierunt de tumultu turbatæ Ur-[b]is, exierunt & mox stellam ducem rece-[p]erunt, ad ipsumque Christum deducti [s]unt. In toto corde tuo exquire Domi-[n]um, turbas mundi desere, in quibus non

est salus, nec Deus. Audi consilia scie
tium, mox stella, mox Dei volun
aderit, teque ad Dei placitum adduce

14. *Stella antecedebat eos usq;
dum staret.*

Perfecti spiritualis Patris idea h
est; stellam esse, antecedere usque du
stet supra locum, in quo est Christu
Parum est, si alios doces verbo nisi pr
eas exemplo, Patris autem exemplo u
dequaque perfecti, tali scilicet, quo a
Christum ipsum, & tu pervenias, & ali
perducas. In eo statu es, in quo ali
ad JESUM trahis, hoc est ad gr
tiam & salutem: Vis scire quomodo i
facias? en lapis, hîc te explora. Usqu
dum staret suprà, ubi erat Puer JESU
Si usque ad JESUM non pervenisti in va
num cucurristi. Sanè, ait Christus, qu
non est mecum contra me est, & qui no
colligit mecum dispergit; qui non dedu
cit usque ad me, abducit.

15. *Videntes autem stellam ga-
visi sunt.*

Stella est occasio ad bonum contem-
pta, & neglecta vulgo, Deo tamen gra-
ta.

. O quoties hæc mihi illucescit stella, non gaudeo. Quoties mihi se obtrunt occasiones ad bonum, & negligo nò fugio, me etiam excuso. Et unde oc, nisi quia non sincero corde Chrium quæro, quem adorare facile cupio. tella est admonitio aut doctrina: quoies hujusmodi stellæ lucescunt mihi, & ion gaudeo, quia contristor, irascor, exusationes prætexo. O Domine non est ioc lucem amare, sed odisse. O Domine ac me amare correptionem sanam. Qui :nim odit correptionem vestigium est peccatoris, hoc est similis est diabolo, qui primus peccatum fecit.

16. *Intrantes domum invenerunt Puerum.*

In stabulo Magi Christum adorant. Viri spirituales, Religiosi, nolunt in Superiore, in Paupertate, in abjectione. Reges Christum adorant in stabulo, nolunt hæretici sub speciebus panis? quid an indignum est, Christum esse sub velamento panis, & indignum est, eundem involvi pannis? indignum est Christum esse in Altari, & non indignum est eundem esse in stabulo? indignum est Christum esse

in manu Sacerdotis, & non indignum es esse in præsepio? in manu Virginis Matris? Reges adorant Christum in stabulo nolunt Catholici in Altari virtutum & corde puro: ô infelices! adorabunt eum olim, cum inimici ejus terram lingent & fient scabellum pedum eius; & meritò idem enim Deus ac Christus, Paterq; omnium in Majestate, qui in pauperta te, idem in gloriâ, qui in stabulo. O cor meum adora Christum semper, & ubiq; eum agnosce parique honore dignare non vestem regis, sed Regem attende.

17. Et apertis thesauris suis.

Parum est Christum adorare, oportet etiam Christum ditare. Quando ditabo te Deus meus, qui solus es divitiæ cordis mei, & merces magna nimis, ditabo te auro, thure, myrrhâ, æstimabo te super omnia, faciam & sustinebo propter te solum omnia, incorruptum me & constantem, perseverantemque tibi servabo inter omnia. Aurum iste dat, qui juventute servit, thus qui in virili ætate, myrrham, qui in senectute ad Deum convertitur. Ego igitur Deus meus totam vitam meam tibi dabo, & sic te mu-

ner

eribus regijs ditabo. Quid vis amplius
eus meus, quod velis non habes, da &
c ut sincerè, quod dare volo dem, & in
erpetuum dem.

18. Invenerunt Puerum cum MARIA Matre.

Nec quærendus, nec inveniendus,
ec adorandus, nec ditandus, nec alibi
)eus, quàm in sinu MARIÆ. Flos non
st extra radicem, non est fons nisi à
nari, non est lux nisi à Sole, non est Rex
isi in Solio. JESUM invenire vis? MA-
RIAM prius inveni, illa radix, mare, Sol,
Solium. O cor meum afficere medulli-
us erga Virginem, erga Matrem hanc.
Quæris quantum affici debeas? tunc suf-
icienter erga illam afficeris, quando te
rga eam nunquam sufficienter affectum
esse, aut affici posse cognoveris, dolueris.

19. Post Pauperes pastores, veni-
unt ad Christum Reges: an quia stulta
& infima elegit Deus? an quia faciliùs
egeni, quàm divites agnoscunt Deum?
an quia divites gravati incedunt, pau-
peres verò expediti? Et pastores, & Re-
ges ad Deum vocantur: Pastores primi
Reges postremi; Reges vocantur, ne se

 reli-

relictos putent & desperent; postrer vocantur ne se meritos arbitrentur. M nera Reges dant, quæ pastores non l guntur dedisse: quia scilicet plus pr dest Ecclesiæ & Dei gloriæ unius Pote tis Virtus, quàm multorum pauperum sicut plus obest nequitia Principum quàm integrorum populorum. Miru id etiam, quod sapientissimi gentiliu post rudissimos hebræorum vocantu an fortè, quia status secularium à perf ctione spiritualium & statu religiosoru tantùm distat, quantùm Sapientia à r ditate? ita ut sapientissimus & optim secularis, sit inferior rudissimo & im perfectissimo quantùm ad statum & perfectionem viro spirituali & religioso.

* * *

IN FESTO SANCTÆ AGNETIS VIRGINIS, M.

Simile eſt regnum Cœlorum decem Virginibus.

Ecce ſponſus venit, exite.

I. O Nuntium optatiſſimum! ô vocem dulcedinis plenam! quid ſponſo amicabiliùs, quid optabiliùs, quid gratiùs veniente deſideraſti: Ecce eſt, ecce venit, & venit, ut ſponſus, quo nomine dulcedo, amicitia, cohabitatio, contractus, fidelitas, mutuum jus exprimuntur. Excluditur hic reverentia Patris, timor Domini, ſolus amor requiritur, & amor quidem ſponſæ erga ſponſum, ſi non ut ſponſus ille venit, tu utique velut ſponſa exire debes obviam ei: nam ſi venis ut ancilla & ſubdita, non ſponſo, ſed Domino prodibis obviam. Ergo anima liqueſce tota, igneſce tota, ornare tota, ſponſa ſis tota, ſponſi tota, ecce ſponſus venit. Vide qualiter ornatus

humilitate, misericordiâ, mansuetudin charitate, an non, & te talis amictus d cebit? Venit Sponsus, ubi vestis nupti lis? ubi annulus desponsationis? ubi l ctulus? ubi conclave? ubi lilia, ubi flore ubi vineæ? ubi oscula? ubi unguenta? on nia ista sponsi apparatus sunt, non hab & tamen sponsus venit, quid facies? r confundere, ne fiduciam pone, si spon tu, si ille sponsus habes omnia in spons cum hoc omnia. Ita dives, ita apparatu venit, ut suffecturum etiam sit tibi, tar tummodo exi obviam ei, ita prout d cet exire obviam ei, affectu sponsæ, an mo sponsæ. O JESU veni! ô sponse an mæ meæ, quando venies! quando in tuo ruam amplexus! quando oscula figam quando te pascar! &c.

2. *Simile est Regnum Cœlorum decem Virginibus.*

Nonne Cæli intelliguntur hoc loc Christiani, Christo per fidem in bapti mo desponsati? Omnes igitur Christian Virgines sunt, & sponsæ quidem esse cu piunt, & ideo exeunt obviam sponso, & sponsæ, quia in Ecclesiâ vivendo, Christ nubere volunt, ad beatitudinem perve

nien

niendo. Hæc enim cura debet esse omnium baptisatorum, ut perveniant ad Christum ipsi conjungantur, hic per gratiam ibi per gloriam, ideoque similes esse dicuntur Regno Cœlorum, quia hæ curare debent, velut semper, quodammodo sint in Cœlo, scilicet gratiæ: quàm habere est beatitudo, & semen futuræ gloriæ: & Cœli gloriæ, quæ est perfecta beatitudo, ut illorum conversatio sit in Cælo juxta Apostolum, vel saltem, ut digni semper vivant Cœlo, & operentur cibum dignum vitâ æternâ, quâ etiam de causâ Virginibus aptantur: quia proprium est Virginibus solicitas esse de munditiâ, timidas de pudoris hoste. Quodsi autem omnibus Christianis hæc congrunt, facile videre potes, quantùm incumbat religioso: quare vide an anima tua Virgo sit, similis Cœlo an digna sit, an parata sit sponso, vel an esse studeat, & quomodo studeat? Cur autem decem numerentur, an quia denario sicut omnis numerus continetur, ita hæc parabola Christianis aptatur omnibus? an quia præter decalogi denarium, qui omnibus hominibus, etiam Ethnicis ad servandum lex Christiana, alium denarium

ad salutem necessarium, septem scilicet Ecclesiæ Sacramenta, & tres Theologicas Virtutes conjungit.

3. *Accipientes lampades suas exierunt obviam.*

Omnis, hoc, Christiani officium, lampadē habere, obviam Christo, sponso & sponsæ exire. Accipit Christianus lampadem, quoniam in baptismo accipit fidem: obviam sponso & sponsæ exit, quando juxta leges Catholicæ Ecclesiæ vivens Christianam vitam in se exprimere conatur; quādo enim obviat sponso, quando ab obedientiâ & legibus non recedit Ecclesiæ; alioquin qui Ecclesiam non audierit ait Dominus, sit tibi sicut Ethnicus & Pubicanus, quod utique humanum genus maximè devium est. Quasi etiam obviam sponso prodit, quando sub Christiano nomine, ne à Christi similitudine & intentione discedat, sese diligenter custodit. Jam te vide qualiter Christo obvies, hoc est qualiter Christum imiteris; nam si aliâ tu viâ aliâ ille, incesseris, nequaquam vobis unquam obviabitis, quandoquidem in vitâ non facile est cognoscere; at si quis id ad mor-

mortis articulum, voluerit explorare, non difficile, obvietne Christo an non, poterit cognoscere. Cogita ergo si hodie moriturus esses, putas hoc rerum statu in quo nunc es, nunquid Christo Domino obvies? an potius longè in aliâ oppositâque viâ te illi esse invenires? Cogita jam nunc tibi dici, Ecce sponsus venit exite obviam ei. Quid tu faceres, si hoc re ipsâ nunc eveniret? nunquid nũc primum, quâ viâ sponso obviare, unde oleum accipere, quomodo lampadem ornare debeas quæreres? nimis equidem stultus est, qui ad illam horam omnia rejicit; at verò de sapientum est numero Virginum, qui frequenti animo recolit illam obviationem.

4. *Quinq; ex eis fatuæ, quinq; prudentes*

Vides quomodo non est satis Virginem, hoc est, Christianum esse; sed oportet præterea prudentiam Virginitati vitam scilicet Christianam fidei adjungere. Sed quid sibi vult par iste quinarius numerus? nunquid par est in Ecclesiâ bonorum & malorum numerus? non omninò, sed ideo pari numero boni,

pari

pari mali censentur, quia etsi impares f
multitudine, pares tamen æstimatio
Si Deus inter Sodomitas decem nimiru
justos invenisset, omnibus illis imp
propter hos decem pepercisset. Ex q
colligi potest, quantum communit
intersit habere aliquos saltem pauc
pios & justos.

5. *Quinque ex eis fatuæ, quinque prudentes.*

Non dubium fatuarum Virginum n
mine malos intelligi Christianos, sic
nomine prudentum bonos. Sed qua
mali fatui, boni verò prudentes vocen
tur, posset aliquis meritò sciscitari. V
deas inter homines passim oppositione
censeri, ut justi simplices & quasi fatu
mundi verò amatores acuti, & pruden
tes dicantur. Quinimò Christus ipse di
xit; Filij hujus seculi prudentiores i
suâ generatione sunt filijs lucis: sed ni
hilominus verum est malos esse fatuos
bonos prudentes. Sicut enim non rectum
illud est, quod videtur rectum, sed
quod regula ostendit rectum; ita non ille
prudens est, qui videtur hominibus
talis, sed quem prudentiæ regula pru-
den-

dentem ostendit, juxtà illud: non enim, qui se ipsum commendat probatus est, sed quem Deus commendat. Regula prudentiæ nostræ Deus est, & ille prudens est, qui rationibus Divinis accommodate regitur: quis verò illo modo regitur, nisi qui bene vivit & bonus es? ergo qui bonus est, verè prudens est.

6. *Quinq; ex eis fatuæ.*

Quare fatuæ? quia acceptis lampadibus non sumpserunt oleum. 2. Quia morâ faciente sponso dormierunt, cum aliæ tantùm dormitaverint. 3. Quia de oleo alieno dari sibi, & lampades illuminari voluerunt. 4. Quia id voluerunt tardè nimis cum scilicet lampades earum extinguerentur. 5. Quia itidem tardè ad vendentes se contulerunt. 6. Quia dum clausæ essent januæ aperiri sibi voluerunt: magna in singulis horum fatuitas. Hic vide, quàm miro artificio Sapientia, diaboli præcipuas artes, hominum deceptiones, ad exitium vias perstrinxerit. Potissimum verò hic perstringi videtur, illa hominum differendi pœnitentiam ad mortem consuetudo. Ex fatuorum stultitiâ prudentiam aliorum conjice.

7. *Mo-*

7. *Moram faciente sponso.*

Quæ est mora, sponsi nisi longitu hujus vitæ? quam dum sibi aliqui ve alij falsò, nulli tamen certò promittur in studio pœnitentiæ, aut perfectior non nihil de fervore remittunt: ac ij qu dem dormiunt, qui in peccatis mortal bus jacentes, pœnitentiam, spe vitæ lo gioris, & quasi tardantis Dominici a ventus opinione differunt: ij verò do mitant, qui carent peccatis gravibus; a tum hi interdum dormitant, & in virt tibus etiam proficere, ideo minùs fest nant, quia se longiùs à morte abesse c gitant. Utrumque malum est, & dorm tio dormitatione eò deterior, quò i perniciosam securitatem & negligenti am solertior. Et tamen heu quanti sunt quos hæc pestis enecat, quanti inquan sunt, qui non solùm tepeditate, sed etian frigidi temporis vigore perstringuntur Utinam ego ex neutrorum ordine sim *Rosignolius lib. 2:*

8. *Moram faciente sponso.*

Quæri utiliter potest, cur sponsus cum aliquibus moram faciat, cum qui-bus

bus eam facere non expediens esse videtur. V. G. cur diu malus vivit, non corrigendus? cur bonus finitur vivere lapsurus? nec ante lapsum rapitur? cur malus non finitur vivere corrigendus si diutiùs viveret? cur boni longissimas malorum persecutiones sustinent? cur sera ingruit malis vindicta? cur bonis differtur remuneratio? Recta tamen Dei sunt judicia etsi occulta, facit hoc Deus occultis, sed varijs de causis. Diu malus vivit, ut corrigatur & justus exerceatur, ut bonorũ, quæ aliqua fuerunt, mercedem hic consequatur. Diu vivit justus, ut justificetur, ut alijs exemplo sit, ut plus mereatur. Citò peccator rapitur, ne exemplo noceat alijs, ne justos persequatur, ne graviùs postea damnetur. Citò justus rapitur, ne malitia mutet intellectum eius si duret. Sera ingruit vindicta malis, ut patientiâ Dei ad pœnitentiam adducantur, ut bonitas Dei elucescat. Bonis differtur prœmium, ut spes probetur, charitatis puritas augeatur.

9. *Mediâ nocte clamor factus est.*

Media nox, media horum securitas, cum alia omnia cogitant. Fit clamor per morbum

morbum, per instinctum, per mortem. O quàm multis hæc nox media & clamor fit in ipso meridie, in ipso ortu, En aliquis queritur: Cum adhuc ordirer succidit me.: Et, Ne revoces me in dimidio dierum meorum.

10. Cum irent emere venit sponsus.

Sic dum molimur emendationem vitæ, dum confessionem instituimus, dum fervorem vovemus, dum negligentiam damnamus, venit sponsus, rationem exigit, vestem nuptialem quærit, sponsam paratam & ornatam viro, gratiæ scilicet donis instructam animam quærit. O felix anima, quæ invenitur parata. Intrat enim cum sponso ad nuptias. Præparatio ista puritas cordis est: hanc habe, purus es, intrare ad nuptias, dignus es.

11. Nescio vos.

O dura responsa, sed quibus heu audienda? heu Virginibus fatuis, Virginibus oleum non habentibus, serò ementibus, imparatis, post clausam januam, post ereptum pænitendi spatium pulsantibus. Claudere enim januam est pænitendi spatium tollere, dum moram spon-

ponsus facit; januam patentem relinquit. Sed pauci prô dolo! qui invenirunt eam. Cum autem clausa, est frustra pulsatur, quia ostiarius neminem jam novit. Ostiarius est misericordia, quæ clausa, est nemini aperienda, ideo ait: nescio vos, infelix quem misericordia nescit.

12. *Intraverunt cum eo ad nuptias.*

Quis intravit? Virgines: omnes? non: prudentes tantùm, quæ lampades habebant ornatas, quæ oleo plenas, quæ ardentes, quæ obviam exierunt, sic paratæ. O admirabiles nuptias! quæ talem poscunt apparatum, quæ tam paratos hospites, & admittitis & habetis. O sponse animarum JESU, quid est? intravi toties tecum ad nuptias tuas in Sanctissimo Sacramento, nunquid paratus eram, nunquid Virgo eram, lampadem ornatam pinguedine olei plenam ardentem habebam? beatum me si talis eram: an non eram fortè & tamen intravi, ideo ut paratus essem per hoc ipsum, quia intravissem; ô quæ tibi, sponse mi, gratiæ, qui cum me abjicere posses, & deberes non abjecisti. Perge ornare me, perge

perge parare mi JESU, & fac ut non impediam te.

13. *Ne fortè non sufficiat nobis.*

Hanc miror prudentiam Virginum. Satis alioquin magnam, ut quod lampades habeant, quòd ornatas, quòd oleo plenas, quòd dormitaverunt tantùm, non dormierunt, quòd ad vocem surrexerunt, vel mediâ nocte: sed hæc est prudentia maxima, quod fatuis oleum non concesserunt, & rationem prudentes dederunt, ne forte non sufficiat nobis, cum magnâ prudentiâ quia futurorum præscia & præmeditabunda, quòd scilicet longa via est: quid si tardè admittemur? quid si adhuc aliquo deflectat sponsus? stultæ Virgines attendunt tantùm præsentia, prudentium proprium est, futura recogitare. Magna etiam prudentia, quia non fidi suis opibus hoc est viribus. Vobis dabimus; quasi ipsæ multum abundemus. Oleum nostrum igne consumetur perpetuò, potest deficere: rivulus est Virtus nostra non fons, non sumus conchæ plenæ. Convalles autem, quæ vix aliquid accipiunt, nec effundunt, esse volumus

mus, nostro periculo & damno salutem aliorum vel lucra non quærimus, quia stultum est: quid enim prodest homini si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.

14. *Novissimè verò veniunt.*

Novissimè, id est tardissimè, nimirùm serò jam tempore veniendi elapso; non enim omne tempus ambulandi est, etiam aliquod quiescendi. Si quis ambulare vult cum quiescendum est, stulte agit, & frustra est, dicitur illi: nescio te, non novi vos. O quàm multi novissimè veniunt, qui ultimo puncto pœnitentiam agere volunt, citissimè se venturos putant, sed revera novissimè veniunt. Non raro, an est citissimum cursus tempus, quando jam in foribus est, quandò jam dicitur, Ecce sponsus venit. Ille jam venit tu autem ire, emere, venire vis in tempore, non est possibile. Novissimè venies ideoque audies nescio vos. Dices; scriptum alibi est, hi novissimi unâ horâ fuerunt, & tamen pares illis facti sunt, qui totâ die pondus & æstum sustinuerunt, sed verè stultus, qui hæc cogitas. Novissimi erant, sed non novissimè venerant

nerant, unâ horâ ante & laboraverunt aliquid, tu novissimè non novissimus venire vis, & tamen intrare, & par illis esse vis.

15. *Vigilate quia nescitis diem.*

Quæ ista vigilandi causa? Nescis diem vigila. Quæ ista dies? dies illa, de quâ ne filius hominis quidem scit. Dies illa, quæ verè dies est, in quâ abscondita tenebrarum & secreta cordium revelabuntur, illa dies mortis & judicij Divini, quâ velamen de corde detrahitur, quâ incipiam discernere omnia prout sunt, & justum judicium judicare. Tunc judicabo vana, quæ modo magna puto, tunc discam, quo deflenda fervore peccata, quærēdæ Virtutes erant, de quibus nunc vix interdum cogito. Ergo dies illa est verè, si illa dies est, quid si cras veniet? quid si jam instat? quid si hæc est ipsa præsens? Nec te decipiat, quod dies dicatur, etiam hora est, imò momentum est. Si ergo hæc est illius diei conditio, ut tam tremenda mihi sit, & tam anceps, & omni hora esse possit. Ergo omni hora paratus esse in illā diem debeo, quomodo verò paratus ero si non vigilavero, vigilabo ergo, quia nescio illam diem, postquam non habebo aliam diem ad emendandum

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. V. MARIÆ.

Postquam impleti ſunt dies purgationis MARIÆ.

Nunc dimittis ſervum tuum Domine.

INdue perſonam Sancti Simeonis parem tibi, quin majorem, à Chriſto per ratiam nihil dubitans, & certiſſimâ fie, firmiſſimâ ſpe ardentiſſimâ charitate, ıcogitabili dignatione obſtupefactus & ıccenſus, ad Dei immenſam inexhauam bonitatem, tanquam votis tuis & mni dignitate tuâ, quæ nulla eſt, plus uàm abundè expletis exclama verba ta. Nunc dimittis, &c. accommoans proportionaliter ea, quæ ſequunur poſtea.

2. *Impleti ſunt dies purgationis.*

Quomodo impleti, quæ purgatione on egebat? quomodo, quæ ſe non purabat dies purgationis implebat? Nempè

sic se quasi egeret gerebat. O magnifica humilitatem Virginis! Virgo ostende vult vulnera quasi habeat, cum non h beat, nos tegimus quasi non habeamu cum plenissimi simus. Hæc est superb Sapientia, tegere scelera impœnitenti corde iram Dei provocare Et contra h militatis Prudentia est, displicere sibi miseriam agnoscere suam, talemque ostentare, qualem non desinit intue Unde etiam fit, ut dum se agnoscit mi ram humiliat se sub potenti manu Dei rorem gratiæ, in se tanquam in valle descendere facit.

3. Impleti sunt dies purgatio-nis eius.

Vide perseverantem humilitaten, quæ 40. dierum spatio opprobrium s stinet, ex iniquitate concipientium, cum dolore parturientium, cum tam nihil horum omninò experta est. N hic attende, quanta tantæ Virginis D que Matris humilitas, sed quàm diutu na, & in quâ re, objecta, famæque detr hentia, & puritatem infirmantia. O si Vi go tuam, qui non possumus æmulari p ritatem, nec assequi Sanctitatem salte

con

onemur imitari humilitatem, ut gau-
eamus non solùm humiliari, sed etiam
erseverare in humilitate.

4. *Tulerunt eum, ut sisterent eum Domino.*

Meritò tulerunt, ut offerrent. Quid-
i tandem tulissent, & obtulissent? si tan-
ùm munus neglexissent, cujus muneris
ntuitu omnia præcedentia munera pla-
uerunt. O munus dignum Deo fructus
erræ verè sublimis, munus placabile &
ropitians, ista quippe propitiatio & mi-
ericordia, & quid non impetremus pro
ioc munere, cum omnia habeamus in
ioc munere? Volumus misericordiã? ipse
est. Gratiam? hic est. vitam? hic est. Pec-
atorum veniam? hæc est, Pacem? hic est
pax nostra. Redemptionem? hæc est.
apientiam & Virtutem Dei? hæc est. O
Pater placare: non propter nos, qui
offerimus, sed propter eum, quem offe-
imus, qui se ipse tibi offert.

5. *Tulerunt eum.*

O miracula! ferentem omnia tule-
unt. Ita nimirùm necesse erat Domine
Deus. Paulò ante tu ferri non poteras,

etiam à robustissimis. Job ait. Pondus ius ferre non potui. Et David: A fa[cie] frigoris eius, quis sustinebit? nempè Hierusalem non in pacis, sed in belli, j[u]dicij, justitiæque visionem & sumpti[o]nem ferebaris, & quid mirum si non [su]stinebaris? Meritò omnino orabat, q[ui] dicebat. Non intres in judicium cum se[r]vo tuo. At nunc ferimus & suscipim[us] misericordiam tuam in medio temp[li] tui, & ideo ferimus te, & processional[i]ter circumgestamus, & ipse decrepit[us] Simeon pondus tuum non sentit.

6. *Vt sisterent eum Domino.*

Quinam sisterent & quem? Illum sc[i]licet cursorem, qui ambulabat sup[er] pennis ventorum, qui ascendebat sup[er] Cherubim, qui tenebras ponebat lat[i]bulum suum, cujus occursus usque a[d] summum erat, qui exultavit ut Gig[as] ad currendam viam, illum ergo, ut sist[e]rent coram Deo Patre æterno, & dic[e]rent. Respice in faciem Christi tui. Se[d] qui sisterent Mater, Simeo[n], ille ipse, q[ui] offerebatur: offerebat enim illum M[a]ter, offerebat Simeon, offerebat sem[et] ipse. O magnas oblationes, omni ex pa[r]te o

offerentis, oblati, cui offerebatur. Accede & tu, ô homo! & te processioni huic immisce, & vota tua junge. Offer pro salute tuâ, pro salute mundi hunc ipsum, qui se offert pro te, quem offert pro te, quem offert Virgo, quem offert Simeon, ne dubita accipiet oblationem à peccatore, qui illam misit pro peccatore, & accipit pro peccato. Dic & tu, quod credibile est B. Virginem dixisse. O Pater æterne, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

7. *Par turturum.*

Quid sibi hæc volunt, ô Virgo, avicularum paria? Agnumne redimis aviculis? redimitur, qui est redemptio, & qui redempturus advenit? redimitur, sed ad tempus. Veniet hoc tempus, quando non redimetur, sed emetur, quando non redimetur, sed redimet ipse omnes. Cur autem pari avicularum redimitur. 1. Pare. Concordiæ symbolo redimitur, quia concordiam facturus venit. 2. Pare avicularum, quia hæ res potissimū libertati natæ sunt, ipse autem ad serviendum pro liberandis nobis venit, ideo liberrimas bestias pro sui redemptione

 dari

dari voluit. 3. Par volucrum pro se d
ri significat debere, ab ijs omnibus, q
illum habere & redimere volunt, vol
cris est una intellectus, alia volunta
una corpus altera anima. 4. Pare v
lucrum redimi voluit, maximè soci
lium, quia in ipso erant duæ naturæ, m
ximè sociales. 5. Pare volucrum inn
centissimarum redimi voluit, quia & i
nocentissimus & innocentiam restitut
rus, & maximè innocentiam adamat
rus venerat. Redimere vis JESUM
tuum habere hodie, innocentiam tua
illi consecra, exhibe, custodi, compr
ba, offer, devove quod maximè ad
lescentibus, & Virginibus servit, ut i
hac oblatione, quâ se Christus Domin
offert & sistit, Christum imitentur, se
vt etiam parentibus, ut liberos suo
Christo Domino, qui hodie à Matre San
ctissima offertur Patri æterno, & ipsi a
mulatione Sanctissimæ Virginis offeran
eosque sistanti Domino, & prompto a
nimo eius servitio & cultui eiusder
mancipent.

8. Considera hoc Purificationi
festum sicut & Visitationis præcipuè in
stitutum in Ecclesiâ esse, ad Beatissim
Vir

irginis Virtutes, imprimis verò humi-
tatem recolendam, laudandam, ad imi-
tionem assumendam. Alia enim festa
xcellentias Virginis nobis proponunt,
ix imitabiles, & quid imitandum sit,
ntùm ex occasione adducunt: at fe-
um Purificationis ex professo ad hoc
nstitui videtur ab Ecclesiâ, ut Virtutes
anctissimæ Virginis celebrentur, & ad
mitationem accipiantur. Harum 1. Est
Iumilitas de quâ supra. 2. Observan-
ia legis. 3. Devotio in Deum. 4
Charitas in proximos, quarum Virtu-
ùm magnitudinem in Beatissima Virgi-
ne elucescentem considera, modum ex-
rcendi illas disce, quantùm necessariæ
ibi sint perpende, quàm in illis crebrò
& facile deficias recogita, ut verò in ijs
proficias Beatissimæ Virgini supplica.

9. Considera cur hodie Processio-
nem in Ecclesiâ fideles faciant. 1. Est
repræsentatio illius Processionis, quam
hodie B. Virgo, S. Simeon, & S. Joseph,
S. Anna, Puer JESUS instituit, quando
Verbum infans Patri æterno in Hieru-
salem oblatus est. 2. Imitatio illius
occursus, quo S. Simeon Beatæ Virgini
Christum Dominum in templum infe-
renti

renti occurrit, & Puerum JESUM e
eius ulnis in suas devotissimè suscep
gaudioque repletus multa per Spiritu
S. prædixit. Conamur enim, & nos, in
& debemus occurrere huic Virgini, ta
pretiosum, tam salutare, nobisque n
cessarium pignus ad offerendum pro n
bis ferenti, illudque ab illa in salute
nobis excipere. O quis nostrum est
hac turbâ, qui hodie velut Simeon alt
occurrit Virgini, excepit filium, obtul
Patri. felix est, quisquis est. Multa qu
dem necessitas nobis est hujus excepti
nis, cum inveterati malorum dierun
vel potiùs morum simus, cum afflig
mur in dies flagellis Dei, nec tamen
mendemur. 3. Admonitio, ut proc
damus, & nos etiam in Processione dig
parati, nunc quidem per mores sancto
& pacem cum Deo, ac proximo, at
morte per fiduciam & spem certam,
vitam æternam & gloriam Dei Beat
rumque felicitatem. Sit itaque in nost
Processione, Christi Sanctitas, Virgi
pietas, Simeonis Justitia, Joseph di
gentia, Annæ perseverantia. 4.
sciamus ex quo Christus natus est pr
pter nos, continuò nos debere esse
Pr

rocessione ad Deum, ad Sanctitatem, ad
hristum imitandum, & in ulnis feren-
um. Non est jam nunc stare, aut jacere,
on est retro regredi, inchoata Processio
t, si nos moramur à Processione defi-
imus, & necesse est, ut cum illo rema-
eamus, qui solus est extra Processio-
em primusq; factus, quia primus illam
irbavit, adversarius scilicet noster dia-
olus, quod Deus avertat

10. Considera cur hodie candelas
estamus, igne sacro accensas. Causa Pri-
na est, quã tradidit S. Innocentius Papa,
ermone in Purificatione, ut mos Ethni-
us cum Christiano commutetur, & quod
li Cereri faciebant stultè, hoc nos pru-
enter faciamus Virgini Sanctissimæ. 2:
Est eiusdem, ut qui per Christi gratiam
unt purificati, hac ceremoniâ monean-
ur, prudentes illas imitari, quæ ut E-
vangelica docet historia, non sine lam-
padibus accẽsis ad Christi Sponsi nuptias
ngrediuntur. 3. Est S. Antonini, in
festo inquit Purificationis candelas ac-
censas gestamus, in manibus lumen ar-
dentissimæ charitatis Virginis designan-
tes, & nos etiam in nostris operibus ha-
bere protestantes. Vide Canisium lib: 4.

cap:11. & 12. & lib: 5. cap: 24. 4. O-
stendimus quales simus esse ve velimus
aut debeamus coram Deo, cui nos cum
Christo Filio per manus Sanctissimæ Vir-
ginis obtulimus, cereos scilicet flexibiles
de manu Dei ad omne eius voluntatis
placitum usurpatione tractabiles. Totos
in Divinum obsequium, tanquam ce-
ad combustionem addictos, ita ut ne qui-
cinis remaneat nobis penes nos, sicut
ex cerâ nihil remanet igne absumptâ.
Ostendimus quid à Christo per Virgi-
nem accepimus: Accepimus lumen
sursum erectionem lumen fidei, adorem
charitatis, elevationem spei ac terreno-
rum fastidium cum antea esse-
mus tot terrenis immer-
si, & infixi.

IN FESTO S. MATTHIÆ APOSTOLI.

Confiteor tibi Pater. *Mat: 11.*

Venite ad me omnes, & ego reficiam vos.

1. ATtende anima mea ad voces has dulcissimas, suavissimas, omni consolatione plenas: Hæc sunt anima mea verba vitæ æternæ, quæ habet in ore suo ille, in cujus ore dolus inventus non est. Attende ergo quis? cui? quid loquatur? quid promittat Est JESUS, qui loquitur, omnibus omninò oppressis loquitur oneratisque, exigit ab illis nihil aliud, quàm ut ad se veniant, si autem venerint, omnibus detractionem onerum, refectionem, instaurationem virium promittit. Agnosce igitur te esse ex numero oneratorum, cogita magnitudinem, & infelicitatem onerum, cogita quâ se promptitudine offerat tibi JESUS ad exonerandum te. Osculare affectum

hunc pijssimi JESU, festina ocyus ad San-ctissimum Sacramentum.

2. *Confiteor tibi Domine Pater Cæli & terræ.*

Confessio hæc est laus, est & gratia-rum actio, sed tu attende, quos titulo Dominus JESUS Patri suo æterno tri-buat, & quare illum vocat Dominum cæ-li & terræ, hoc est universalem Domi-num, naturæ Dominum absolutum, Do-minum per omnia, quo titulo major i[n] Deo agnosci à Creaturâ titulus, non po-test, si modo bene penetretur. Quis e-nim cognosceas, & apprehendens Deum naturæ naturalem Dominum, non inti-mis visceribus, timorem, reverentiam, submissionem animi, ad observanda eiu[s] præcepta, obligationem suam ad ipsi pe[r] omnia serviendum & placendum conci-piat? Quis non Majestatem Dei & suam ab illo dependentiam agnoscat, in omni-bus plenissimam, eius in se potestatem, debita erga illum sua, nihil sibi ab illo deberi, se Deo debere omnia teneri s[e] illi sine spe proemij, secluso metu sup-plicij servire perfectissimè omnibus vitæ diebus, posse illum postquam homo om-ni

ia fecerit, quæ debuerat homini nihil are boni, negare cœlum, omne proe- nium, posse cruciatus inferni irrogare, osse in æternum abjicere, aut in nihi- um redigere, & tamen justum sanctum- que fore, quia scilicet Dominus, & licet i facere, quod vult. O me durum, quod d hanc cogitationem totus non contre- misco, immutor, prosternor! ô cæca ho- minum corda, quæ id non agnoscunt, non apprehendunt, non æstimant!

3. Confiteor tibi Pater, quia absconditi.

En specimen Dominij illius; quære enim, cur absconderit à sapientibus vi- um salutis, revelaverit autem parvulis, non invenies causam, nisi quia Dominus est cœli & terræ; causa discriminis vo- luntas eius, omnia potens, in omnia, & cui nemo potest resistere, quemque ne- mo potest interrogare, cur ita fecisti? cum enim bene facit misericors est, cum non facit injustus non est, nemini enim quidquam debet, cum dat facit gratiam, cum aufert suum non alienum tulit. Ergo & dans, & negans, sanctus est, proindeq; laudandus.

4. Abscondisti à sapientibus revelasti parvulis.

Quid est, quod abscondisti? quid est quod revelasti? Veritas est scilicet Evangelica, mysteria fidei doctrina Christi quæ quidem Judæis scandalum, Gentibus stultitia, electis Dei virtus est occulta, quid ergo, & qualis est ista absconsio, ista revelatio? cur enim absconsa est revelata non est? cum in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Abscondisti tamen, qui ut, quod audiunt, ut quod vident agnoscant, & cognoscentes piè credant, id statim contemnant, non dedisti, sed potiùs excæcasti cor populi, & aures eius aggravasti. Contrà autem illis revelasti quibus cor bonum, cor perfectum, velut terram bonam & optimam dedisti, ut Evangelij Verbum audientes, excipiant illud cum gaudio, & afferant fructum trigesimum, sexagesimum, centesimum in patientiâ. Et qui sunt isti, quibus abscondisti? qui sunt, quibus revelasti? sapientes illi, parvuli isti: quæ ista oppositio parvulorum & sapientium? nimirum humilium & superborum: superbi enim altum sapiunt, & ideo sapientes dicuntur

sapi

sapientes, non quia multum, sed quia altum sapiunt, quia oppositum Deo, sine Deo, contra Deum. Parvuli autem humiles sunt, qui apud se ipsos parvi, in oculis suis viles, & quasi nihil sunt, quia apud se ipsos vilescunt, & ideo quidquid à Deo audiunt, reverenter audiunt, accipiunt, & faciunt, ideoque omnem sapientiam suam non à se, nec in se, sed in Deo Domino suo habent, & heu quàm parvuli tales parvuli, quàm multi, qui sapiunt altum ex hoc numero. Quis nostrum est, qui parvulus sit; omnes, quod sat scio, se malle sapere cum Deo dicent & dicunt, at opera illorum, vita illorum tota mundana, tota seculi negotijs fracta dicit & ostendit oppositum.

5. *Ita Pater quoniam sic fuit placitum ante te.*

Approbantis est consilium paternum, & sancte justeque factum confitentis. O verè Christi, verè Sanctorum prudentia, Deum laudare, sive in præmijs, sive in supplicijs, sive dum misericordiam, sive dum justitiam exhibet. Non sic impij, non sic, qui volunt Dei opera excutere, & ad examen suum vocare, & justi-

justitiæ Dei nævum affingere, dicereque non ita Pater, malè est placitum ante te quare hunc accipis, hunc rejicis? quare huic das, huic negas? non est justus Deus, qui discernit! O stulti! in peccatis nati estis, & docere vultis Deum: nunquid homo accipit Deus aliquid tuum, quando tibi non dat suum? si suum est, & non dat tibi, quid tibi injuriæ? dedit, dicis alteri & mihi non, quid tum? nunquid oculus tuus nequam, quia ille bonus est quia gratiam illi facit, tibi non facit, ideo jam tibi injuriam facit? quid stultiùs! quantò melius esset humiliari sub potenti manu Dei quantò esset tutiùs, cum timore operari salutem suam, quàm discutere justitiam & sapientiam Dei.

6. Venite ad me omnes, qui laboratis.

Dixerat supra: nemo novit Patrem, nisi cui voluerit revelare Filius, ne quis putaret se in Patris, & Filij cognitionem, ac fidem nihil posse, aut debere conferre, sed omnia de Filij revelatione otiosè exspectare, ideo subdit. Venite ad me, quasi dicat cognoscere me & Patrem, donum est meum & Patris, vestrâ tamen opus est operâ: proinde venite, & ne pu-

tetis

ètis aliquibus hoc tantùm offerri, venite omnes, ne iterum putetis omnibus, & solis justis dici. Venite omnes, qui laboratis in luto Ægypti, quicunque premimini, & oneramini jugo Pharaonis infernalis. Hinc ergo disce opus esse cooperatione tuâ ad salutem tuam. Vide etiam, quibus passibus veniendū est ad eum.

7. *Tollite iugum meum suave, & onus leve.*

Promiserat refectionem ab onere & labore Diaboli: jam modum refectionis ostendit, modus est jugum Christi deposito diabolico sumere, & ne terrearis nomine jugi ac oneris, illud commendat à suavitate & levitate. Suave est jugum Christi. 1. à spe mercedis æternæ. 2. à gratiæ Christi paratione promptâ. 3. ab exemplo ipsius Domini. 4. ab exemplo Sanctorum. 5. ab honestate & conformitate cum ratione. 6. ab eo, quia secundum naturam est homini sanctè vivere. Quæres quare jugum prosit sumendum, dico quia homo creatura est, velit nolit Dominum habet, vel naturalem, & hujus jugū suave est, quia naturale; vel violentum & tyrannum, hujum grave est, quia contra naturam, quia violentum.

IN

IN FESTO ANNVNTIATIONIS B. V. MARIÆ.

Missus est Angelus Gabriel à Deo. *Luc.* 1.

Dominus tecum.

1. MUltipliciter est cum suâ creatu[ra] Dominus. 1. Per essentiam, præ[s]entiam, potentiam. 2. Per gratia[m]. 3. Per Incarnationem. 4. Per [u]nionem hypostaticam. 5. Per S[a]cramentalem præsentiam. Primo mod[o] est cum omni creaturâ. Secundo cu[m] solis justis. Tertio modo fuit nove[m] mensibus cum Beatâ Virgine. Ide[m] nomine Incarnationis intelligitur actio[]ne illâ & præsentiâ, etiam quâ Verbu[m] in utero Virginis carnem sumpsit, & in[i]bi mansit. Quarto modo est cum natu[ra] humanâ Christus. Quinto modo est cu[m] omnibus, qui communicant, & in ips[o] Sacramento Eucharistiæ. Itaque omne[s] qui digne communicant, tribus ad m[i]nimùm

imùm modis Dominum secum habent, 2. 5. Quamvis duobus etiam illis reliquis modis quadamtenus Dominum habent secum, siquidem Deus, quem in Sacramento recipiũt incarnatus est, & humanitati suæ hypostaticè unitus, & sic est in homine Sacramentaliter illũ recipiente. Quanta est ergo homini communicanti gaudij materia? quanta gratiarum actionis? quanta necessitas curandi, ut dignè Domino, quem secum habet vivat: ut ipse etiam cum Deo sit, modis quidem, quàm plurimis, quàm maximè continuis. Repete ergo, ô homo! qui cogitas, tibi has voces frequenter cum magnâ gratulationis & gratitudinis, reverentiæque significatione. Dominus tecum, dignatus est te Dominus, eo ipso quasi honore, quo Virginem Matrem, nam etiam est Dominus tecum.

2. *Ave gratiâ plenâ, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*

Considera affectus, quibus Angelus hanc salutationem ad B. Viginem protulit, & quos in eâ expressos reliquit, & propter quos in honorem Virginis usurpandos, Ecclesia hanc salutationem Virginis

ginis Beatæ frequentat. Itaque in AVE affectus congratulationis est, hac enim voce gratulatus est Angelus, & nos gratulamur Virgini. 1. salutem, & quidem perpetuam, & quidem talem, quàm nec Angeli obtinent. 2. Salutis fontem, qui tulit quandam salutem mundi, Salvatoremque concepit, Materque facta est Salvatoris. 3. Prælationem supra omnes creaturas, supra omnes Sanctos, dominatumque universi. 4. Maternitatem Dei, per quam B. Virgo facta est filia Patris æterni, Mater Verbi, Sponsa Spiritus Sancti, illique quodam modo est præposita cui servire regnare est. 5. Evasionem & liberationem ab omnibus malis, quorum. 1. Maledictio Matris Ævæ, quæ totum fermentavit mundum, cum contra, hoc Ave Virgineum totum orbem recreaverit, & refecerit. 2. Culpa originalis, culpa actualis, oris, operis, cordis. 3. Miseria nascentium, quâ ex utero Matrum prodeunt, omnes propensi ad malum cum B. Virgo nata sit, inclinata tantùm ad bonum. 4. Miseria parientium perdita Virginitatis integritate, & summo dolore, horrore, corruptione. 5. Miseria

ria malorum pœnæ, quam omnes ha-
ebunt ob peccata. Virgo autem non,
uia caruit peccato GRATIA PLENA.
abet affectum exultationis, exultabat
nim Angelus, & nos exultamus, & ut
'irgo ipsa exultet optamus, ideoque
ve dicimus, non de naturali genere,
ormoso corpore, & alijs per se vanis
abſint meliora, sed de gratiæ plenitu-
ine, quam habet. Gratiæ plenitudo in
o consistit. 1. Quia omnes gratias
ccepit, alijs datur una aut altera, om-
ies nulli, soli Virgini omnes, ideoque
ratiá plena. 2. Quia & in mente, &
n carne,, in viribus internis, in sensibus
xternis toto vitæ tempore ab instanti
Conceptionis, adeò ut ob vim gratiæ ex-
incto fomite, nullum motum rationi, &
virtuti experta sit repugnantem. 3.
Quia nullo peccato gratiam impedivit,
aut diminuit. 4. Quia omnia ope-
ra ex gratiâ, & in gratiâ fecit, & per
quodlibet in gratiâ profecit, adeo ut
nullum in eâ fuerit opus, quod nuda na-
tura produxerit. 5. Quia omnibus
Virtutibus in summo excelluit, alij in
aliquâ virtute excellere solent, in alijs
non item, in omnibus nullus, aut paucis-
simi

simi, Virgo Sanctissima in omnibus. (
Quia eam gratiæ plenitudinem & celsi
tudinem accepit, ut supra omnes crea
turas Deo sit grata, Materque Dei fact
sit, imo plus habuit gratiæ sola, quàm
tota militaris, & triumphalis Ecclesia
Et fuisse etiam alij dicuntur gratiâ pleni
sed quomodo rivulus, & flumen ma
gnum plena dicuntur, opes quæ dita
rent, pauperem facerent egentem, (
inopem Regem. DOMINUS TECUM
Continet affectum admirationis, dictũ e
hoc etiam alijs, sed applicatur Virgin
admirandæ. Unde August: serm: de tem
pore. Dominus ait tecum, sed plus, quàm
mecum. In me enim licet sit Dominus
memet ipsum creavit Dominus, per t
autem genitus est Dominus, ita est, Do
minus, Dominus tecum, ut sit in cord
tuo, in utero tuo, adimpleat mentem, ad
impleat carnem. 1. Igitur est Do
minus per præsentiam. 2. Per pro
tectionem, quia ab omni imperfection
protecta est. 3. Per gratiam nõ quam
libet, non per gratiam servorum, sed pe
gratiam, quæ Matri, quæ Dominæ, qu
Matri Auctoris gratiæ, quæ Reginæ con
veniebat. 4. Per assumptionem na
tura

ıræ humanæ ex Virgine. Erat cum illa ater, quia Virtus Altissimi obumbravit li, erat cum illâ Spiritus S. quia illi in oc actu supervenit, erat Verbum, quia lud concepit & peperit. 5. Dominus est cum Virgine, ex quo habet, ut t potentissima, in militante & triumphante Ecclesiâ, ex quo habet, ut sit saientissima: habet enim eum in se, in quo int omnes thesauri, ex quo habet, ut t opulentissima, quia etsi multæ filiæ ongregaverunt divitias sibi, sed illa supergressa est universas. 5. Dominus ım Virgine in æternum, est enim Virgo ıronus eius æternus. O Virgo, quæ tecũ abes Dominum, esto etiam mecum semer. Esto mecum cognitione, ut cognoam te, esto dilectione, ut tenerè diliam; esto imitatione, ut vitam tuam exrimam, esto protectione, ut pro te ab mni malo maximè in morte defendar.

ENEDICTA TU IN MULIERIBUS.

Iic laudationis affectus est. Dicitur eım Virgo super omnes mulieres beneicta & laudata. Benedicta est super omes mulieres, quia etsi quædam illarum rant benedictæ at hæc super omnes. ccceperunt aliam benedictionem Virgini-

ginitatis, sed interim steriles permanserunt: hæc autem ita Mater dicitur, ut & Virgo prædicetur, ita Virgo, ut tame[n] Mater sit. Acceperunt aliæ benedictionem fecunditatis, at cum damno Virginitatis, ista Mater Virgo est, ante partum, in partu, post partum. 3. Benedicta in mulieribus, quia & evasi[t] illam maledictionem; in tristitiâ parie[s] filios: peperit enim cum gaudio, & e[]vitavit illa maledicta: sta sterilis in Israel. 4. Benedicta in mulieribus, qui[a] prudentior, quàm Jahel, caput serpentis contrivit, fortior quàm Judith, diabolum enim prostravit. Aliæ muliere[s] propter aliquam virtutem, & gratia[m] benedictæ, ista propter omnes, in qu[a] est plenitudo gratiæ, multitudo misericordiæ, immensitas gloriæ; aliæ mulieres, ancillæ, hæc Domina, aliæ filiæ, hæc Mater, aliæ pedissequæ hæ[c] Regina à dextris filij assistens in vestitu deaurato. Reliqua vide apud Alemen:

***

3. Ne timeas MARIA inve-nisti gatiam apud Deum.

Stupebat ad salutationem Virgo; suadet Angelus, non esse timendum argumento triplici. 1. Expositione felicis eventus eius, nempe quod invenisset rem optatam, & diu quæsitam. 2. Designatione rei inventæ, quâ nihil ad tenendum amorem efficaciùs, scilicet gratiâ. Quid enim timeam ab eo, apud quem habeam gratiam? 3. Indicatione personæ, apud quam invenerit gratiam: non apud Angelos, sed apud Deum. Quantum ad 1. quia quæsivisti. 2. quia bene apparet, quid quæsivisti. 3. non exiguam invenisti: invenerunt alij, sed parvam: tu verè invenisti, quod tantam, tam raram, tam insignem: invenisti gratiam non divinitatem, quàm Lucifer quæsivit, non scientiam boni & mali, quam Eva cupivit, non filios quorum desiderio Rebecca moriebatur, & Anna in lacrymas solvebatur, non sapientiam, quam Salomon elegit, sed gratiam invenisti. Invenisti gratiam magnum bonum, perditum ab Angelo, perditum ab homine: spes est servaturam

te

te melius, quoniam acquisivisti, & fe-
licius, & plenius, & tardius. Invenisti
gratiam bonum necessarium, sine qu
ut mundus sine Sole ac Lunâ, ut pleb
sine Rege, ut seges sine humore, ut cor-
pus sine animâ, ut homo sine ration
Invenisti gratiam apud Deum pruden-
tissimè & felicissime: prudentissimè qui
hoc optimum est, quod à Deo quæri &
haberi potest, hoc etiam primum est
quod ab eodem quæri debet. Non inve-
niebatur prudentia hæc in terris: hæ
Virgo prudens prima hoc intulit, & ut
nam vel ab illâ hodie multi discerent
sed quotus quisque hodie primum om-
nium, & ante omnia gratiam quærit De.
omnia alia à juventute quærimus, gra-
tiam autem negligimus, cũ tamen Deu
hanc primùm à se quæri velit, cæter
adjicere paratus sit. O stultos nos! qu
quærimus ea, quæ Deus adjicere para-
tus est, negligimus, quæ quæri vult! a
nos Deo prudentiores? ut sciamus, qu
magis expediunt nobis. Invenisti gra-
tiam apud Deum. Quærunt alij apud a-
micos & socios, alij apud Reges, ali
apud ignotos, alij apud omnes. Tu sol
prudens & felix, quæ invenisti gratian

apu

pud Deum, quæsivisti & invenisti: feliciſſimè quia invenisti, quia tanto tuo, t mundi bono, quia tantum bonum, uia in tantâ copiâ, plena etenim gratiâ.

4. *Ecce Ancilla Domini.*

O Virgo quid loqueris? Angelus ait, cce concipies, & paries filium Altiſſimi: u verò ais, Ecce Ancilla Domini. Angeus non Ancillam te ſignificat, ſed Marem, tu Ancillam te nuncupas, an ſuffiit tibi ut Ancilla ſis, nec dignam repuas, quæ Mater ſis? an hoc ita dicis, ut um non ſit in poteſtate tuâ, ut Mater as, tantum in Matrem eligaris: tu quoue pro tuâ parte, uſa tuâ poteſtate, elias tibi officium, ut Ancilla eſſe velis, & c Mater ſis, quia hanc te eſſe vult Deus, s Ancilla, quia hanc eſſe te voluntas tua, umiliſque & conditio, & animus ſuaet, & ſic certas cum Deo, ut quantò te le ſublimiùs locat, tantò, tu te humiliùs onas. O pulchrum certamen, & omni nitatione digniſſimum. An Ancillam te hoc ſenſu dicis, ſemper Ancilla Domii tui, nullum unquam alium Dominum, ut habui, aut volui, ſed Dominus poſſeit me, initio viarum ſuarum, & in ipſo

Conceptionis meæ puncto, totáque vi semper Ancilla fui Domini solius, & n esse volo. An ideo Ancillam te esse oste dis, quasi Dei dominio & arbitrio pla velis te esse subditam, atque subjecta ita ut dicas: Ecce Ancilla Domini su ego, scio me creaturam eius esse, illu Dominum naturalem meum agnosco, naturaliter & ex intimis meis subdita & subjectam, meque ab illo pleno ju possideri, posse me ab illo, ad quosv usus assumi, meque illi repugnare n posse, proinde ecce Ancilla Domini, o nia in me experiri, quæ Domino pl cuerint, parata. Vult me esse Matrem s am, vult tam admirabile in me Sacr mentum exequi, ego sum Ancilla Dom ni, nullatenus volo repugnare, quia nu latenus possum me ab eius pietate ex mere, video ad tale munus me assumi, quod ego nullis meis, & meritis, & v ribus idonea sum, hoc solùm, quod parte meâ adhibere possum, facio co sentio & dico: Ecce Ancilla Domini, f ciat Dominus quod libet, ego tota ei sum, & quod possum, ac forte debeo, h ad istud opus, ad quod vocor assumo que, affero. Servire Deo meo volo sen

per, & in omni negotio, ſive negotio Maternitatis, ſive in alio quocumque. Ecce Ancilla Domini, ſervire volo Domino meo, omni mihi poſſibili modo, omni eo, quo me ſibi Dominus ſervire non ſolum vult, ſed etiam facilè poteſt. Volo eius eſſe ad omnia inſtrumentum, ad omnia obedientialiter ipſi miniſtrare volo, Ecce Ancilla Domini. Expandit Virgo Sanctiſſima his verbis ſinum ſui cordis, tam latè, ut Deum capere potuerit, & circumdare virum fœmina, & Virgo concipere filium. Hæc enim verba Ecce Ancilla Domini à latiſſimo corde profecta ſunt, vult me Dominus Deus eſſe ſuam Matrem, ſcio quia vix Ancilla eſſe poſſum, attamen quoniam, & in hoc ipſo non deſinam ſervire Deo, ſi ut Mater ſim conſenſero, volo & in hoc omni meâ dignitate majore opere inſervire, proinde ecce Ancilla Domini, & ego ipſa & omnia, quæ inter me ſunt, affectus mei, conſenſus mei, viſcera mea, ſanguis meus, voluntas mea, omnia mea. Utatur illis Dominus ut vult, velit illis concludi, vel ex ſanguine corpus ſibi conficere. Ecce Ancilla Dni. Non ſola ego, ſed omnia membra omnes particulæ meæ clamant & dicunt, Ecce Ancilla Dni.

5 *Fiat mihi secundum verbum tuum*

O Fiat! toti mundo magis expetibil
magis salutare, quàm illud, quo dictu
est, ut fieret mundus & factus est. O fia
ipso creatore magis creativum, qu
Creatorem creasti? O fiat! quo Deus h
mo, quis? quid? factum est. O fiat! instr
mentum omnipotentiæ Dei, quo ipsa il
omnipotentia induit infirmitatem,
fragilitas facta est. O fiat! quod mundu
factum fractum refecisti. O fiat: fortiu
virgâ Moysis, voce Josue, imperio Elia
Elisæi ligno, Saræ signo. O fiat imperi
sum nimis: imperasti enim nasci Deo
carnē Verbo, salutem homini, subjectio
nem diabolo, matrimonium naturæ cu
auctore naturæ, concordiā homini cu
Deo. O fiat! quod antequam pronuntie
ris, Deus non est homo, homo est diabol
mancipiū; at ubi dici cæpisti efficis omni
facis omnia, & utraq; unum, summis im
jungis, & omnes res imples benedictio
ne, Deū, Cælos, Angelos, homines. O fiat
exultatio Dei, expectatio Angelorum, vi
ta Verbi incarnati, salus hominum, spe
mundi, instauratio naturæ, perturbatio
tartari, radix felicitatis æternæ. Fiat istu
consentientis est, optantis est, precantis
est, credentis est, obedientis, festinatio-
nem volentis est.

IN

IN FESTO
. ADALBERTI
EPISCOPI MARTYRIS.

go ſum Paſtor bonus. *Ioan.* 10.
'el: Ego ſum vitis vera. *Ioan.* 5.

COnſidera quare Dominus JESUS tam diſertè, tàm confidenter, tàm loriosè, tàm ſæpè evidentibus argu-ıentis appellat ſe Paſtorem bonum & robat. Erat ſibi res cum Phariſæis, qui onos ſe jactabant Paſtores, ſed re ipsâ ıali erant, ſiquidem glutiebant came-ım, & colabant culicem, devorabant omos viduarum, & própter traditio-es ſuas mandata Dei violabant. JESUS rgo & Paſtoris boni, illis notas propo-it, & in quo eæ reperiantur diſertè o-tendit. Examina tu, ô Anima mea! has oni Paſtoris notas. Ut quod animam det ro ovibus, non fugiat, ſed obſiſtat lupo, gnoſcat oves ſuas, eas quæ ex ſuo ovili ıon ſunt, adducat ad ovile unum, vo-emque ſuam eas doceat: quæ omnia, ıuàm aptè in Dominum Deum quadrent

 diſpi-

dispice: super omnia autem & illam n tam adde, quod se omnibus suis in cibū det, ubi enim talem boni Pastoris nota invenies? Jam vide qualem tu te ove huic Pastori exhibeas? an ex ovibus ei sis, esseve studeas? quid huic Pastori d beas? quos feras fructus, lanæ, lacti, fœ tus? an agnoscas? an vocem audias P storis hujus semper? an aliquando aur avertas?

2. Considera. Cur se Christus P storem vocat bonum, an ideo, ut pala tandem sit omnibus ovibus cui creder cui se pascendas committere, tutò po sint, & meritò debeant. Habebamus oli Pastorem, & non malùm quidem, s tamen non satis providum, adduxit n ad pastum de ligno scientiæ boni & m li, propinabat nobis venenum, & m riebamur, fiebamus præda luporum, non erat, qui eriperet. Ecce Pastor b nus, clamat se esse illum, quo nobis m seris ovibus esset opus maximè. O ov culæ cur non ad hunc Pastorem accurr tis? Dole de tuâ, de aliorum neglige tiâ: supplica huic Pastori, ut oves su agnoscat, & cognoscatur ab ijsdem, eas adducat ad ovile, ut sit unus earu

P. n.

Pastor. Statue, quantùm in te est, alias oves huic Pastori adducere, à Diabolo autem abducere. Vide, quo studio, quâ animi magnitudine, resolutioneque ad omnia perferenda, S. Albertus id præstiterit, eumq; in hoc imitari propone, & Deo, quòd huic Regno, de tali olim Pastore providerit gratias age.

3 Ego sum Pastor bonus.

Considera quâ confidentiâ, & omnis tuæ spei, solicitudinisque in JESUM, Deique providentiam projectione, vivere & servire Deo debeas, quàm amanter ad eum in omnibus tuis necessitatibus recurrere, quàm in hoc solum curas tuas intendere, ut id ei, quòd ovem Pastori decet præstari, præstes, quæ autem ille tibi debeat, ei soli permittere, & curanda relinquere, quàm æqualiter & æquanimiter de manibus Pastoris hujus prospera adversaque recipere. Siquidem utraque de eiusdem (hoc est) boni tui Pastoris dispensatione promanant. Vide, an deficias in his & cura, ac propone emendationem.

* * *

4. *Ego sum Pastor bonus.*

Verum est pijssime JESU, & Pastor es & bonus es, utrumque tibi naturale est & Pastorem esse, & bonum esse. Sed etiam & ego voluntate tuâ Pastor sum, bonus autem, heu me, non sum. Ovis mea Anima mea, Corpus meum, Vita mea, sensus, membra, intellectus, voluntas, memoria, officium, occupatio, subditus meus, omnia ista oves meæ sunt, posuerunt me custodem in vineis, ipse autem vineam meam non custodivi. Vide anima mea an agnoscas oves tuas, an attendas ijs, an alios curans obes tibi, an extra curas, intus negligis, an prodes verbo, an obes exemplo. Mi JESU Princeps Pastorum adjuva me in hoc periculoso negotio, ne dicas olim mihi. O Pastor! ô idolum! ô mercenarie, non Pastor!

5. *Animam meam pono pro ovibus meis.*

Quis? qualem animam, pro qualibus ovibus ponit? quo suo fructu? ô amor! ô ovicula! quid te pati pro Pastore tali addecet? quid facere congruit? pone ait

Chri-

Christus animam, cur non ait posui, ponam, paratus sum ponere? verè dixisset: dicit tamen pono, & quidem meam animam non alienam, non quidpiam aliud ab anima. v.g. pellem pro pelle, ut diabolus de Job calumniabatur. Usque hodie etiam JESUS ponit animam pro ovibus suis, ponit animam in Eucharistico sacrificio, ponit merita sanguinis & vitæ suæ, sic nobis communicando, atque si hodie moreretur, ponit in Sanctis suis laborantibus & morientibus, pro salute hominum, pro gloria Christi, anima enim & vita Christi Sancti sunt, in his enim pati persecutionem potest, quare non etiam & non animam ponere? Ponit ergo, animam suam hodie JESUS, pro te, ô ovis ingrata, & nihilominus tu contemnis animam eius, non & tu ponies animam pro anima eius? Vide quid S. Albertus fecerit.

6. Videt lupum, & dimittit oves.

Indigna res Pastore, mercenarij propria, sed fortè tolerabilis. Lupus siquidem trux bestia est, & fortis, nec tamen apud Christum excusatur, qui ad lupi aspectum fugit. Quid mecum fiet, qui

Christum desero non ad lupi, sed ad amici aspectum, propterquem Christum sæpe offendo. An & amicus ille forte lupus est, etsi in veste ovium. O Anima mea non sit tibi amicus, ait Augustinus, qui te Deo vult facere inimicum, quin & tuus & suus est inimicus. Et ideo sapienter considera si justum sit, ut te à Deo separes; dum te ebrioso conjungis, si talis es, dole, ad meliorem contende.

7. *Cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ.*

Oves suas JESUS cognoscit, quia illis semper merita sui sanguinis quantum in ipso est, applicare paratus est, nisi homo impedimentum ponat. Infelix ego si aliquod posui, aut pono. Mi JESU remove illud à me, & gratiam influe. Toties quoties datur tibi bona inspiratio supernaturalis, toties actualiter & speciali intentione Christus Dominus de te cogitat, toties pro te applicat merita sua & Patri æterno exhibet, ipsum obligans ad præstandam tibi, & suggerendam illam bonam mentem. Mi JESU cum ego pæne in singulas horas, & crebrius

prius bonos aliquos motus ad bonum ducentes, abducentes à malo sentiam, quàm frequenter me miserum & pauperem abs te cognosci, quàm sæpè de me à te cogitari oportet. Quodsi videres Anima, quàm amabilis Christus contueatur animam illam, quam videt vacuam culpâ mortali, sibi placere contendentem, intentam suis vocibus, odisse ex animo suas culpas mortales, fugere & jam venialia, imò tepidos actus, veniales, deliberatos, liquesceret cor tuum præ desiderio talium Christi oculorum, & aspectuum, præque admiratione tuâ ipsius JESU, tum illius desiderij, & frequentationis merita sua, tali animæ applicandi. Vide ergo, & attende diligenter, ne quid in te sit Christi oculis inimicum, ne respicias Christi voces, sive præcepti sint, sive consilij, sive descriptæ sint in scripturâ & regulis, sive intus, & in corde per Digitum Dei, & Spiritum Sanctum, audi diligenter, & quod audivisti, opere exequi conare.

Atque hoc est cognosci à
JESU & cognoscere
JESUM.

* * *

8. *Cognoscunt me meæ.*

An potest gloriari Christus, quod cognoscatur à te. En sæpè stat ad ostium & pulsat, en antequam tu surgas aperire, ille transire cogitur, ob tuam moram. Reverenter, frequenter, libenter agis cum JESU, in prolongatâ oratione, agnoscis & gratus es beneficiorum eius semper te ad adventũ eius paratum præstas, obaudis monitis eius omnibus, cognoscis eum semper præsentem, omni loco, & tempore, in superiore, infra, tre, in omni re. Væ tibi si Christus potest dicere de te: Ovis hæc mea non cognoscit me. Filium exaltavi ipse sprevit me. Ecce JESUS clamat ad te anima mea, oves meæ non cognoscunt me, istæ & istæ, ecce non sunt ex hoc meo ovili, ecce & hæ debent adduci ad me: quid putas Christus his abs te vocibus requirit? idne, excitat zelum tuum, laborem circa animas sanguine suo redẽptas? cur non obaudis? cur non accingeris? Vide quomodo id S. Albertus præstiterit. Plura, circa hoc Evangelium, vide de Pastore Domin: 2. post Pascha. Quia verò concionatores utuntur etiam alio Evangelio de eo etiam aliqua annotanda.

1. *Ego*

1. *Ego sum vitis vera.*

Christus est vitis, Pater agricola, tu palmes. O palmes vide, quàm naturalem vitem habeas, quam sedulum agricolam, quâ industriâ insitus huic viti sis, ubi tamen fructus? vera vitis Christus est. Multæ sunt vites, sed falsæ & mendaces, quas non plantavit Pater æternus? ideoque eradicandæ. Habet mundus vites suas, diabolus suas, caro suas, politia suas, hæresis suas: sed de his vitibus uvæ acerbæ prodeunt: fuge has vites quisquis es. Vitis est Ecclesia, religio, congregatio, regnum. Vide qualis tu in his vitibus palmes. Cur punitur Ecclesia, cur labitur disciplina regionis, cur familiæ evelluntur, cur regna transferuntur, vitis non est in causa, sed palmites infructiferi. Vide qualis vitis S. Albertus, quando translatus est alio, ob sterilitatem soli sui, id est, palmitum suorum.

2. *Omnem palmitem non ferentem fructum tollet.*

Omnem, etsi sanguine Christi plantatus sit. Omnem: si steterit Noe, Job, Daniel pro eo, tollet omnem, etsi posuerit

in

in cælum os suum: ô noli esse sine metu sed solicitus esto de fructu, nec de fruct quolibet, sed quem poscit vitis tua. In me, ait, multi ferunt fructum, sed non i Christo, ideo non fructum Christi, ide tolluntur. At quid est tollet eum? tolle scilicet de terrâ viventium; tollet, id est perdet in æternum. Vide ferasne fru ctus, & in quo?

3. Qui fert fructum purgabit eum, ut plus afferat.

Etsi fers fructum, tamen purgaberis nec molesta tibi sit purgatio, nisi fort molesta est fructuũ copiosa germinatio id eo purgaris, ut fructûs plus feras. Ni hil tibi conscius es, & tamen premeris causam scito hanc, ut fructuum plus affe ras, & cum tentatione proventum facias Alius bonus est, tamen affligitur, no scandalizari, purgatur fructuosus pal mes, ut fructuum plus afferat; quia dile ctus eras Deo, dicitur Tobiæ, necesse fuit ut tentatio probaret te. Omne ergo gau dium existima cum tentaris, & scito ut tentationibus in profectum, ne illas fu ge, sed excipe. Hoc tibi sit signum, quo fructus tuus sit gratus si te purgat, pe ho

hoc enim ostendit, quod tuos fructus appetat. Vide ut illos feras, & non attendas, per quem purgaris, sed à quo. Attende quomodo purgabatur S. Albertus, quos fructus ferebat, vide vitam.

4. *Purgabit eum, ut fructûs plus afferat.*

Variè Deus purgat palmites suos, tentationibus internis, externis v. g. scrupulis, stimulo carnis, ut Paulum, persecutionibus, detractionibus, malorum reprehensionibus, & resistentijs bonorum, morbis corporum, dilatione exauditionis, humilitatione, & erroribus in aliquo, peccatis permissis, ijsque aliquantum gravibus, ut tantò majus det spatium pœnitentiæ fructibus dignis, ereptione bonorum, consolationis ademptione, puta amici, filij. Disce quo genere purgandi Deus te purget, & quo fructu profectuque animæ tuæ. Purgat etiam aliquando confundendo, aliorum profectibus, vel terrendo aliorum erroribus. Est etiam quædam purgatio, quâ Deus palmites pestiferos purgat, ut fructuum nequitiæ plus afferant, tollendo ab eis viros sanctos, immittendo fa

mem Verbi Dei, dando eos in reprobum sensum, cessando punire. Vide quomodo se S. Adalbertus in hac purgatione gessit.

5 Mundi estis proper sermonem meum.

Considera quando Christi sermo mundos facit, & quos, & quare te, qui toties Christi sermonem audis, non mundet. Sermo Christi per Adalbertum sonabat in Hungariâ, non plane mundabat, sonabat in Poloniâ plurimum mundabat, sonabat in Prussia, nil mundabat. Utinam varietas non à Verbo Dei, sed ab auditore, ut nam hodie vellet Poloniâ audire sermonem istum Christi, quem etiã hodie à Divo Adalberto prædicari traditione audit: non tot essent scelera non tot hæreses. Vis scire? quot modis mundet sermo Christi, corda hominum & quot non mundet, recole illud Evangelium de semine, quod cecidit in viam in spinas, item illud de excusantibus se à nuptijs, &c.

6 Manete in me, & ego in vobis.

Quis nolit JESUM in se manere? sed quando id obtinebit? ita scilicet si ma

eat ipse in JESU. Ecce palam loquitur,
ianete in me, & ego in vobis, si non
is tu in illo, cur illum in te manere vis,
is tu in illo, ne dubita, volet & ille in
e, non se subtrahet, non tardabit ad te,
festinaveris ad illum. O Anima si non
ESUM sentis in te manere, vide quæ sit
ausa: an ista quia tu fortè non manes in
llo. Vide quid requiritur ad manendum
i Christo. Fides scilicet, quæ ex dile-
tione operatur, alioquin omnem palmi-
em, ait Christus, in me nō ferentem fru-
ctum tollet eum, hoc est, non sinet me
'ater meus, in tali palmite manere, sed
ollet, & me ab illo & illum à me, ex quo
llud fit, quod subdit; sicut palmes non
oteſt ferre fructum à semetipso nisi
nanserit in vite; sic nec vos nisi in me
nanseritis. Ubi vide connexionem: vis
erre fructum? mane in Christo, vis ma-
iere? crede, & fide operare, quid ope-
are? hoc ut Christus in te maneat, hoc
it mundus sis ad sermonem Christi, seu
ob fidem in Christum, propter eius ver-
ba. Manere ergo in Christo est credere
n Christum. & ita credere, ut mundus
sias, hoc est, ut fidem opere impleas.
Si id facis, mundus es, si autem es mun-
dus,

dus, Christo dignus locus es, ut manea in te, & tu in illo. Purgatus es, & fer fructum multum, hoc cura, hoc rog anima mea.

7. Non potestis ferre fructum, nisi in me manseritis.

Considera, quàm necessaria sit tib gratia Dei, & quàm necesse sit te sem per motivo supernaturali operari, quic quid agis si non es in gratiâ, fers quide fructum, sed non in Christo manes ideo vitam æternam non mereris. Quoc si fers fructum in Christo manendo, se non ob rationes æternas operando, ideo labor, fructusque tuus nil tibi a æternitatem prodest. O quàm passim ta lia opera facio, quæ ad nullum spiritua lem finem dirigo. Quo & quanto damn mi JESU da ut expergiscar aliquando & excutiam veternum hunc, & negligentias meas supple- re incipiam.

IN FESTO SS. PHILIPPI & IACOBI MM. APOSTOLORVM.

Non turbetur cor vestrum creditis in Deum. *Ioan.14.*

Sufficit nobis.

I. Considera, quàm meritò hæc verba usurpare possis, quoties ad Sanctissimum Sacramentum accedis. Quidni enim sufficiat tibi hoc epulum divinum, quod toti mundo ad consummationem usq; seculi pascendo paratum est, quanquam hoc minùs esset ad sufficientiam. Epulum hoc habet in se vitam æternam Patris, quam ille vivit, & quodam modo nutritur. In ipso enim erat vita (ait Joannes) hoc est in Verbo, quod erat apud Deum. Continet in se divitias Dei, & thesauros divinitatis, continet fontem omnium, ex quo, in quo, per quem, Pater omnia invenit, produxit, condidit, continet hoc exemplum in se, totam Sanctissimam Trinitatem, totamque ipsius

Dei-

Deitatem, continet corpus, animam, sanguinem, merita, Virtutes, dona JESU Christi, continet omnes affectus Christi JESU, quibus fertur in hominum, & tuã inprimis salutem: continet potentiam, quâ potest te Sanctum, magnum facere, sapientiam quâ scit, bonitatem quâ cupit, modo tu ipse velis. Considera ergo, quod ex parte Christi, quã recepisti, aut recipere debes, verè nihil deest, sed sufficit, & vide, ut tu ad hoc Sacramentum suscipiendum, tractandumque præpares te, sicut par & dignum est.

2. *Non turbetur cor vestrum.*

Verba hæc, quæ solus Christus usurpare potest verè & efficaciter, plurimum habent optabilitatis. Ingruunt labores viribus majores, non turbetur cor tuum. Deus juvabit & JESUS. Tentationes premunt & linguæ, & judicia & censuræ humanæ, non turbetur cor tuum, qui me judicat, & te, Dominus est, ab humano die judicari, minimum est. Non succedunt optata desideria, non turbetur cor tuum, Deus fecit hæc, qui te magis amat, sapientior, potentior magis est quàm tu. O JESU utinam usurpes ad me frequenter

ter etiam hanc vocem. Non turbetur cor tuum ego feci. Appetis aliquid? non turbetur cor tuum, si proderit animæ tuæ, & gloriæ meæ ego faciam, times aliquid? non turbetur cor tuum, in meis est manum hoc manibus, ego ponam illi terminos ne superet te. Utinam aliquando assuescam oculos mentis, & cor elevare super omnia, quæ creata sunt, & scire, quoniam nihil accedit mihi sine dispositione Domini, ut nullam creaturam intuear, sed semper oculi mei sint in manibus Domini mei, sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum sunt. Hoc quidem non discurritur discursu humano, sed medullitus à Deo cordi, quando sibi placet imprimitur. O mi JESU imprimas & mihi, & nobis.

3. *In domo Patris mei mensiones multæ.*

Considera, quæ sit hæc domus, & quare domus, & cujus domus, & qualis domus, Cælestis illa patria, Ecclesia triūphans, beata vita. Hæc alibi dicitur Civitas, ut cum ait Paulus Hæbr. 12. Accessistis ad montem Sion, & Civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, & multo-

rum

run millium Angelorum frequentiam. Hanc mirè describit Tobias 13. & Joan. Apoc. 21. diciturque Civitas ob singularem distinctionem graduum, honorum, quin & Regnum dicitur. Illa enim cælestis Patria perfectam habet Monarchiam unum Regem Christum, in quo omnes Cives, Nobiles opulenti, Illustres, Magnifici teste David Psal. 2. 44. 71. 109. 144. Dan. 2. & 7. Sed enim hic à Christo domus dicitur, ut mutua illa Beatorum inter se notitia, Dei familiaritas, convictus, pax: & sicut in domo materiali fit, ita etiam multò in illâ melius commodè omnes vivant tutò: securè bona sua à furibus custodiunt, & ne pereant servant. Hujus domus tres sunt partes: Fundamentum est Æternitas vitæ illius; Parietes gloriæ sublimitas, Tectum beatitudinis securitas; vel Fundamentum est Dei visio, Parietes comprehensio seu tensio, Tectum fruitio. Amplitudinem domus describit Baruch 4. Psal. 2. O Israel quàm magna est domus Dei. De eius decore David multa. Domine, ait, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, 25. Gloria & divitiæ in domo eius. Inebriabuntur ab ub-

ubertate domus tuæ. Dicitur autem Patris domus, ut significetur eius amplitudo & magnificentia, talis scilicet, quæ sit Patri illi, seu Deo par & digna. De cujus magnificentiâ dictum est, Elevata est magnificentia tua Domine super cœlos. 2. Ut sciamus quantum Deus honorem Sanctis suis habeat, non in domum Angeli, Seraphim illos recipiet, sed in domum Patris sui, domum suam. Intra, dicitur, in gaudium Domini tui. 3. Ut excitemur ad Christo serviendum libenter, eo quòd servitium hoc etiam Pater suum reputat, & ut tale rependit. Unde illud Christi si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Et volo Pater, ut ubi ego sum. 4. Ne mirarentur Apostoli Christum ire ad Patrem parare nobis locum, ostendit se ad domum Patris iturum, in cujus domo utpotè paternâ liberum sibi sit omnia agere plus utique, quàm Moysi, qui tanquam fidelis servus, versabatur in domo Dei, præstat enim utique Filius servo in paternâ domo, sed qualis illa domus mansionum plena? felicitas enim illa mansio est, per æternitatem cũ securitate habet possessiones. In hac vitâ man-

mansio non est, sed transitio, non enim est status, sed via, & cursus, & quidem contrarius. In hac enim vitâ homo in eodem statu nunquam permanet, peregrinamur à Domino. Non habemus hic manentem Civitatem, sed futuram inquirimus, consequenter si Civitatem non habemus manentem, ergo nec mansionem, ibi est mansio, ubi quidquid est, manet, nil transit. O anima mea illuc festina, ubi mansio est. Si vita hæc, via & cursus est, cur non est celer cursus? cur non fervens profectus? cur non ingentes ad illam mansionem passus? ne attende stare, ne sedere, non hujus hæc sunt temporis, ire, currere, volare, hujus temporis sunt, sedere, quiescere, æternitatis non cesset pes tuus, non cesset manus tua manibus, pedibusque curre, repe manibus laborando & operando, pedibus per inflammata desideria & tædiosa, affectusque anhelando.

4. *In domo Patris mei mansiones multæ.*

Hæc te excitent ô homo, ad alios ad bonum excitandos, ne solus salvari velis, & alios tecum trahe, si quis audit, dicat

it, veni, multæ sunt, in domo Patris
nei mansiones. O populi! ô urbes, cur-
te, locus capax est, capiet vos, nolite
nirari, quod circa vos, salutemque ve-
ram servi Dei tam studiosè laborant,
portunè & importunè arguentes, ob-
ecrantes, in domo Patris sui mansiones
unt: soli in magnâ domo, manere no-
unt, socios quærunt? cur vos eorum in
os charitas non movet? cur etiam ali-
uando ad inimicitiam movet, non sibi,
ed vobis, vos volunt, venite. In inferno
uo tu properas, non sunt mansiones:
haos est, confusio, angustiæ, omnes. Ibi
elut oves in spinis, nullus ordo, sed
empiternus horror inhabitat: ne illuc
te. Venite potiùs ubi mansiones multæ,
n aperimus, en ducimus, en trahimus,
equimini. Quid agit confessarius? quid
Concionator? trahunt vos ad illas man-
iones; væ vobis si non sequimini.

5. *Vado parare vobis locum.*

Non est inutilis discessio JESU, utilis
est nobis, ideoque alibi dicit: Expedit
vobis ut ego vadam, vadit ergo vobis
parare locum. Sed ô Domine nonne in
domo Patris tui mansiones multæ, ut

 quid

quid ergo vadis parare locum? ita est
Christus. Mansiones ibi quidem mu
sed tamen locus nondum est vobis pa
tus, nondum Cælum apertum est, n
dum mortis chirographum vobis c
trarium sublatum & cassatum est, n
dum sedi ad dexteram Patris, neque
tromissionem accepit caput pro corp
toto. Cum ego abiero, sedero, loc
paravero, tunc ego redibo ad vos, &
cipiam vos. Paravit ergo locum Chri
patiendo pro nobis, per Sanguinem
um diabolum debellando, peccatum
lendo nos liberando, mortis jura
resurrectionem frangendo, vinctos e
cendo, tandem ascensu suo cœlos ape
endo, & ad Patris dexteram considen
vultuique Dei pro nobis assistendo. H
nisi Christus fecisset inanis fides no
foret. Gratiæ tibi Domine JESU, qui
locum parasti nobis. Cæterum quid p
dest locum paratum nobis esse, si nos
ço parati sumus minimè, si veste nupt
li caremus è nuptijs ejiciendi, si la
pades nostræ extinctæ sunt, nec sun
parati sponso & sponsæ exire obvia
Si venerunt nuptiæ agni, uxor aut
eius, hoc est anima mea, non præpa

it se, quid prodest locum paratum habere, & loco aptum non esse? Para nos etiam mi JESU locis illis, quæ parasti nobis. Vide hic, quomodo debeas parari? quæ habeas impedimenta? an te pares?

6. Ego sum via, veritas, & vita.

Nullâ re magis egebamus, quàm his tribus. Vitæ nostræ totius, totus labor, totus finis, scopus est, venire ad vitam. Verum hoc plus, quàm certum est, hinc ergo fit, ut vita nostra sit via, & sit ad vitam, sed quia hic falli possumus, imò multi fallimur, quando currendo ad vitam pergimus ad mortem, & currendo quidem ad vitam veram, sed per viam mortis, juxta illud. Est via, quæ videtur homini recta, ideoque necesse est, nos scire, & veram vitam, & veram viam ducentem ad veram vitam, sed hæc scientia exaltata erat à nobis, & non poteramus ad eam. Ergo Christus factus est homo visibilis, similis nobis, ut esset via, veritas, & vita. Itaque Christus est via verax, & vivifica, ipse enim dixit. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, scilicet falsis doctrinis, ac vijs, sed habebit lumen vitæ: res sibi necessarias faciendas

manifestans, & sibi vitam dans, quom do lux Solis, & manifestat res occul visui, & ipsum hominem fovet. Ora go anima mea cum S. Bernardo: Sequ mur Domine te, per te, ad te, Tu enim Via, Veritas, & Vita. Via in exemplo, V ritas in promisso, Vita in præmio. Et de quoties tu etiam via alijs sis, qui t exemplo debent proficere, qualis ve tas sit tuorum operum, & intentionu An tantùm foris pulchra, & politicè h nesta apparent, intus autem charita fervore, veritate & humilitate care qualis sit tua vita? dignane cælesti pr mio? an hic jam recipit mercedem va tatis de iniquitate? Sitne potiùs mo quàm vita?

7. *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.*

An quia sicut Filius est figura s stantiæ Patris, ita necesse est, cogn filio cognosci Patrem. Sicut, qui vi imaginem Regis, cognoscit Regem. U de & Christus: Qui videt me, videt Patrem meum. An quia, nisi Christus nunciasset de Patre, nemo scivisset illo, juxta illud. Deum nemo vidit qu

am, scilicet Patrem, Unigentus, qui in sinu Patris ipse enarravit. Christus im copiosam & luculentam Dei Pas, imò Trinitatis totius cognitionem minibus dedit. Unde & dicit: Pater, nifestavi nomen tuum hominibus, an ia ad visionem Dei Patris non potest rveniri, nisi per Christum, hoc est, nieius doctrinam credendo, Præcepta plendo, vitam imitando, sanguinem merita participādo? an quia ante Christum deterrebamur à Deo, ignorantiâ ei, conscientiâ scelerum, severitate les Mosaicæ, jam per Christum quis, & iam bonus sit Deus edocti, à peccatis ti, suavi jugo, & onere levi alligati, reeatique potiùs, quàm onerati fidenter hilariter ad Deum currimus.

8. *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.*

Considera nil Deo esse majus, nil sodiùs, insufficientiùs. Hinc disce, nil Deo, præter ipsum Deum sperare, aut ostulare, quidquid aliud tibi dederit, inùs est, quàm ipse. Quare, gratis Deo rvi, propter ipsum scilicet Deum, quia eus est; pelliciaris præmio, non pella-

ris supplicio, sed solâ inducaris Dei æstimatione. Deus enim dignus est, ut illi serviatur: hoc mihi sufficit solum, ut Deo serviam: si in omni opere meo Deum intuear. Ut hoc habeas Deum cognosce. Cujus ipsius causâ, supplica Christo dicens. Ostende nobis Domine Patrem, & sufficit nobis. Ostende in hac vitâ, & sufficit nobis, ut ad serviendū ei moveamur nil erit opus minis, vel promissis. Ostende in illâ vitâ, & sufficit nobis, quia est ille summum bonum, & vita æterna.

9. *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me.*

O quàm amara hæc exprobatio erit aliquando tibi ô homo! Toties apud te fui per alienam doctrinam, per inspirationem meam, per veniæ indulgentiam, per inflictionem supplicij, per Sacramenti Altaris præsentiam, per commiationem inferni, per permissionem alieni exempli, non cognovisti me? quid respondebis! ô quid timebis tunc ô homo quid expectabis? Dura certè sed justa exprobratio. Heu quomodo effugiam, & avertam eam à me, quando tot testes producentur contra me, t

Co

nfessarij, Concionatores, Convicto-, Socij, libri, instinctus, Communio-s, confessiones.

10. *Pater in me manens facit opera*

Omnis creatura hoc potest usurpare te, & tui respectu. Quidquid tibi con-igit ab aliquo superiore, inferiore, pa-, ab aliquâ re creatâ, quandocunque, in âcunque formâ, circumstantiâ, totum oc à Deo in re illâ præsente circa te, & bi fit. Læsit aliquis, confudit, mortifi-vit, accusavit, judicavit, punivit, non ascaris homini, non ille est, qui fecit, d Pater in eo manens, ipse facit ope-ista, quare quod fecit David in simili e & tu: ait ille de se; obmutui & non erui os meum, quoniam tu fecisti sal: 30. vers. 10. Sensi quidem dolui, sed on sum conquestus, nō murmuravi, non ccusavi hominem, nec animo contra lum infenso fui, nec comminatus sum, iebam enim id à te factum esse, promis-um esse. Tu autem sapiens, scis, quid xpedit mihi; justus, injuriam non facis; onus, malum non facis; amans mei, bonum mihi optas: Domine liberum est

tibi facere mecum quod vis, quod libet quia ego ut jumentum factus sum apu[d] te. Ita in omnibus usurpanda sunt etia[m] in bonis, quæ fiunt à Deo ita, ut assuesca[s] ubique manum Dei intueri osculari, ve[-] nerari.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS.

Erat homo ex Pharisæis Nico[-] demus nomine. *Ioan. 3.*

Nemo potest signa facere, nisi fue-rit Deus cum illo.

1. **C**Onsidera quantùm tua intersit cr[e-] bro, & diligenter de Sanctissim[o] Sacramento participare. Opera vitæ sunt signa & effectus latentis intus De[i] quæ nemo potest facere, nisi fuerit Deu[s] cum illo, fervor spiritus, intention[is] puritas, cordis quies, charitatis ardo[r] moru[m]

horum modestia compositio externi, tiam hominis, desiderium abjiciendi ii, crebritas & gustus orationis, collo- uia purè spiritualia, inspirationes divi- æ frequentes, efficaces, curà in mini- nis etiam Deo placendi, tentationum ictoria, morificandi sui occasionum in- uisitio, discretio spirituum, benigni- as circa alios, facilitas obediendi, amor tiam odientis, aut molesti proximi, sup- ortatio alienorum onerum, & imper- ectionum, crebræ ad Deum adspiratio- es, dulces lachrymulæ, Deus semper ob culos præsens positus. Hæc sunt signa, uæ nemo potest facere nisi Deus fuerit um illo: facit autem omnis, qui cre- rò & seriò communicat Sacramentum. Ion facis tu hæc signa? non est Deus te- um? cur? non utique, quia rarò. Eu- haristiā sumis? Excita te ad desiderium æc signa faciendi, magis autem ad excu- iendum teporem, & gravedinem in ræparando te ad Communionem & Eu- haristiam: ita vivere stude, ut possis emper dignè Communicare, ita Com- nunicare stude, acsi post Communio- em, novam vitā inchoaturus sis, novam ervore, mortificatione, humilitate, ar- ore.

2. *Venit ad eum nocte.*

Nocte Judaicâ ad lucem Christi venit: nocte propter metum, & oculos, censurasque Judæorum: nocte quia cum magnis revera venit ignorantijs. Unde illi dictum, Tu es Magister in Israël, & hæc ignoras. Et Nicodemus quidem ita venit ad Christum nocte, & nos aliquando, & sic & deterius venimus. Nocte ad Christum venit, qui ita Christi veritatem intelligere vult, ipsique servire, ut tamen scientiam mundi non abjiciat, & unum in mundo pedem retineat; nocte venit ad Christum avarus, qui aliena retinere, & tamen à peccato absolvi vult item qui & iram contra alium servare, & tamen cum Deo in gratiam redire cupit qui fastum sæculi retinendo humilitatem Christi vult discere, qui pauper sine defectu, humilis sine contemptu, patiens sine molestiâ, obediens sine contrario suæ voluntatis imperio, victor sine pugna esse vult. Vide an tu in talibus noctibus non ambules aliquando.

* * *

3. *Venit ad IESUM nocte.*

Omne tempus ad JESUM veniendi opportunum est, & JESUS, quisquis venit ad illum, quocunque tempore venit, recipit. Venit ad eum Matthæus de telonio, Zachæus de ſicomoro, Petrus de Mari, latro de cruce, Jonas de ventre ceti, Job de ſterquilinio, Phinees etiam in homicidio placuit Deo. Imo in noctibus jubemur extollere manus, & benedicere Dominum. Per ſingulas noctes David lectum ſuum abluit: nox quietę ſuâ ad quieſcendum in oratione Dei Christum juvabat, nox tribulationis, nox tentationis, obſcurati cordis ad Deum ducat vel maximè. Utinam ego in talibus noctibus me occupare ſciam, noctes enim iſtæ noctes ſanctorum ſunt.

4. *Nemo poteſt facere hæc ſigna, niſi fuerit Deus cum eo.*

Conſidera, quæ ſunt ſigna bonorum, quæ malorum, & quæ ſunt ſigna præſentiæ Dei apud aliquem. Et item quâ ratione efficere quis poſſit, ut ſit Deus cum illo. Mihi videtur Crux valere ad iſta omnia. Crux eſt Gentibus ſtultitia, Ju-

dæis scandalum electis autem Virtus Dei & Sapientia. Vides aliquem adversis modestiorem & meliorem, & quietum, prosperis humiliorem, & in gratijs agendis operibusque bonis effusiorem? hunc scito justorum signa facere, & non sine Deo. Vides alium inflari prosperis, Dei oblivisci, à pietate recedere, irasci, impatientem, pejorem fieri in flagellis? impiorum hic signa facit, & sine Deo est. Crux mensura, quâ quis potest metiri, sitne & quantum sit apud se Deus. Nullam crucem habes? Deus tui, aut tu Dei oblitus es: multas habes? Deus tui meminit. Emendaris illis? tu etiam Dei meministi. Non potest Deus abesse ubi est crux, sed neque crux abest, ubi est Deus: omnes enim, qui piè vivere volunt, persecutionem patientur, & per tribulationes multas oportet nos intrare in regnum Dei, imò Christum oportuit pati, & sic ingredi in gloriam suam: & cum quo fuit Deus, ita fuit. Age, ad hanc libellam te explora.

***

5. *Nisi quis renatus fuerit denuò non potest videre regnum Dei.*

Considera hæc quidem de Baptismi Sacramento à Christo Domino dicta esse, cujus necessitatem expressit & utilitatem. Ex quo disces quantopere debeas Deo gratias agere, qui te tam pridem sine tuo merito, imò & curâ cogitatione que, Sacramenti fecit participem; cogita gratias tibi in Baptismo collatas, cogita charitatem innocentiæ solam, aliaque Spiritus Sancti dona: cogita quid promiseris in Baptismo, ac simul vide, quomodo gratias illas conservaveris, quomodo promissa præstiteris: uberem sanè flendi & dolendi, pœnitendique materiam invenies, nec non divinam bonitatem tibi parcentem advertes.

6. *Nisi quis renatus fuerit denuo.*

Denuo renasci, est per religiosam vitam mundo quidem mori, Christo autem & cœlo nasci, hæc quoque gratia tibi facta est, quando ad religionem vocatus & acceptus es, & quasi secundo in ipso ingressu Baptismo donatus es Grande bonum & divinum beneficium,

si illud, ut par est, æstimare scires. Vide quomodo illam religiosæ vitæ primam gratiam, novitiumque spiritum & fervorem retinueris, quomodo recuperare possis, quibus potissimùm vijs, defectibusque amiseris, & Deo supplica ut spiritum illum rectum & robustum innovet in visceribus tuis. Magnus enim spiritus ille debuit esse, qui te à toto mundo, eiusque illecebris omnibus abstraxit & eruit, & nunquid hodie talem spiritum habes? si habes cur te a leviculis rebus, quibus toties perturbaris non abstrahit? cur non facit abs te contemni commoditates, solatiaque carnis?

7. *Nisi quis renatus fuerit denuo.*

Renasci denuo est quotidie, ad spiritus fervorem consurgere, & cum Davide, Ego dixi, nunc cœpi dicere: qui sic quotidie incipit, quotidie iste consurgit, quotidie renascitur. Aaspice tuam hanc regenerationem, quàm brevis, quàm rara, quàm tepida, quàm levis, quàm perfunctoria. Nova semper proposita facere non est renasci, sed reconcipi: nova proposita constanter perficere, respectus humanos abjicere, Deum solum

lum nosse, superiorem esse omnibus
imanis commoditatibus, judicijs, a-
oribus, odijs, semetipsumque possi-
ere, edomare, excedere, omnia ad
rudentiæ regulas agere, fugere mala,
bna & bene agere, oblivisci præterito-
im, ad futura anhelare, quantum sibi
esit cogitare, se ipso nunquam conten-
im esse, sed quid in te reprehendas, vi-
ere semper, etiam odientes amare,
oc est renasci quotidie denuò.

8. *Quomodo potest homo renasci denuò cum sit senex?*

Verissimè dictum. Multi dum sunt
ini & juvenes, promittunt sibi se olim
tiam cum fuerint nacti vitam quietio-
em, cum fuerint perfuncti officijs, cum
eniores fuerint, tum se contemplatio-
ibus, jejunijs, asperitatibus, mortifi-
ationi linguæ, passionumque daturos,
um depesituros cupiditatem, inchoa-
uros vitam novam, præparaturos ad
nortem. O stulti! Quomodo potest nasci
um sit senex? dum validus es & vege-
us, hoc tibi grave est, cum senueris,
cum ætas frigidior, & à fervore aliena
tum fervebis? tum inveteratas vincere
passio-

passiones, cum factæ naturæ, infirmæque ac fomenta poscenti, eas consolationes, quibus insuevisti subtrahes? cogit & verba hæc applica ad tepiditatem quàm difficile eam excutere. Omnino est impossibile, quanquam apud Deum omnia possibilia.

9. Considera cur Ecclesia festum Inventionis Sanctæ Crucis celebrat. Facit illa hoc quidem ideo, ut instrumentum illud Passionis, illud vexillum fidelium, illud insigne piorum illud portentum, & terrorem impiorum, illud dæmonum trophæum, hastam Christi, stateram mundi redempti, arcam naufragio eripientem, Virgam Mare dividentem, solium Regis nostri, scalam Cœli, arcem, portum fugientium ab irâ Dei ad clementiam ejusdem, à vinculis diaboli ad præsidium Christi, theatrum illud vel amphitheatrum, in quo Christus admirabilia sua omnia opera Majestatis Divinæ, infirmitatis humanæ, sapientiæ cælestis, magisterijque & exemplaris virtutum heroicarum, bellicæque suæ cum omnibus inferorum potestatibus depugnationis spectaculum dedit, sacra Ecclesia debitâ veneratione celebrat

rat, sponsique sui lectulum ornat, & quem diu nequitia impiorum amiserat, Dei sui liberalitate inventum se recepisse cum gaudio triumphat, & Deo Domino pro hoc benefico thesauro, solatio, ornamento revelato, gratias amplissimas agat. Hæc est causa, multas alias si in se expendatur continens, Tu Ecclesiam imitare & sicut illa æstimat Christi Crucem, tu quoque æstimare disce, cumque illa gratias Deo age.

10. Considera alias eiusdem rei causas: neque enim sine multiplici mysterio id facit. Inventionem ergo S. Crucis celebrat, ut ostendat, simulque doceat, quanti Crucem æstimare deceat. Æstimat Crucem Ecclesia meritò: in Cruce enim nata est, imò Cruce nata, Crux est Mater Ecclesiæ. Æstimant homines non solùm domum sibi natalem, sed etiam Urbem, terram, Regnum; Ecclesia non æstimabit Crucem? quæ est ei domus natalis, lectus, Civitas, terra, mater? Et quomodo Crux Christi Mater Ecclesiæ, quomodo arbor mater fructuum, quomodo oliva, aut vitis est mater racemorum, & botrorum, æstimat Ecclesia Crucem, quia est nutrimentum

eius,

eius, & medicina eius. Nutrita eſt, lactata, paſta, augmentata Eccleſia Cruce, hoc eſt perſecutione; ſed & nullâ ratione melius purgatur, curatur, illuſtratur Eccleſia, quàm Cruce, id eſt perſecutione. æſtimat Eccleſia Crucem, quia Cruce ditata, amplificata, ornata eſt, ſubegit gentes, ſubegit Reges, ſubdidit populos. Quare verticibus Imperatorum Crux ſupereminet? quia Eccleſiæ ſubditi ſunt, filij Eccleſiæ, jugum eius portantes, & ipſius charactere, ſigillo ac notis ſignantur, imò ornantur. Æſtimat Crucem Eccleſia, alias enim faceret contra naturam. Natura rebus omnibus impreſſit Crucem, nullum eſt opus naturæ, aut artis ſpeculativum, quod Crucem non contineat, vide, ſi placet immorari alibi.

II. Celebrat Sancta Eccleſia Inventionem Crucis, an ut nos ad eius amorem, æſtimationem, invitet & provocet, oſtenditque non tantùm, non eſſe fugiendam Crucem, ſed etiam quærendam ſi careas, amplectendam ſi obtines, diemque & horam illius inventionis celebrandam, & candidos inter dies

repo

ponendam. Invenisti Crucem ò homo? quid est, quod non invenisti omnia, quæ optare debebas & poteras invenisse: Providentia Dei, & signum certum, quod te Deus amare velit, vel criat. Invenisti Societatem JESU Christi crucifixi, & consequenter chirographum ad gloriam eius: si enim compatimur & conregnabimus. Invenisti certissimum amuletum contra omnes diaboli incursus, arma invenisti,
gladium, galeam, clypeum,
antidotum, opes,
medicinam,
domum.

* * *

IN FESTO SANCTI STANISLAI EPISCOPI MARTYR:

Ego sum Pastor bonus, *Ioan: 10.*
Ego sum vitis. *Ioan: 15.*

Ego sum Pastor bonus.

1. QUando disces anima mea lectionem hanc, quando bene percipies doctrinam hanc, quam tàm sæpè tibi repetis, vertis, Dominus JESUS inculcat, quod scilicet ille sit Pastor bonus? Poteras illi credere asserenti, poteras sæpiùs idem inculcanti, & quia nolebas verbis credere, jam opera Pastoris præstat, propter opera crede. Quod istud opus? si possem dicere opus non esset. Vide Sanctissimum Sacramentum illud opus est Pastoris tui, & opus quidem quo se tanquam indissolubili schemate Pastorem bonum demonstrat. Opus hoc Pastoris est cibus, quem præbet ille ovibus suis, opus hoc alienum non est ab eo, sed est ille ipse, ille tibi Pastor, ill[e] pascuum

pascuum. Quem talem Pastorem vidisti? nonnè jam agnoscis hoc eius esse opus proprium, & boni Pastoris genuinum symbolum? sed cur talem cibum, hoc est, se ipsum cibum ovibus præparavit? scilicet ut se bonum Pastorem ostenderet. Pastoris est adesse ovibus semper, at iste non solùm adesse, sed etiam inesse vult: & quid tam inest, quàm cibus comedenti? Pastor ergo iste cibum se ovium facit, ut inesse ovibus posset, non quidem mutatus in illas, sed in se ipsum transformans illas. Jamne tandem credis JESUM Pastorem bonum esse? ô JESU verè Pastor bonus es: millies fateor & confiteor te esse, & solùmque esse Pastorem bonum. O utinam desipiant mihi alij Pastores, tu autem solus placeas.

2. *Ego sum Pastor bonus.*

Quorsum hæc tam crebra est in Evangelio, & in Ecclesiâ de bono Pastore attestatio & repetitio? ut aliquando fideles credant. Ideo & Christus, & sponsa Christi affirmant, ut credamus, & huic uni Pastoris nos subdamus, scit enim ipsâ experientiâ tam Christus, quàm Ecclesiâ,

sia, homines omninò non credere, a vix credere Christum esse Pastorem, circo & Christus se ipsum, & Eccl eundem ipsum asserit esse Pastorem, n solùm asserit, sed probat, probat exe plo, probat ratione. 1. Bonus P stor animam suam dat pro ovibus su 2. A dissimili mercenarij. 3. A gno; cognosco oves meas & cognosc me meæ: & quidem ideo, quia assid cum illis sum, nulli alteri eas commit unde nec alium norūt, nec nosse possu Cognosco illas ita sicut me cognovit P ter. 4. Quia oves habeo alias. Oportet me adducere. 6. Facio sit unum ovile, & unus Pastor. Ita ego sum Pastor, & bonus, ac solus, unus: multos quidem sodales habe sed ipsi sunt fures, qui non veniunt, ut furentur & mactent. Ipsi sunt mer narij, ad quos non pertinet de ovib Ego sum Pastor bonus. Moneo nemo lit vagari, post gregē sodalium meoru Probat etiam exemplo, & quidem m tiplici, nuper Adalberti, hodie Stanisl quasi dicat, quod ego sim Pastor bon Ex hoc discite omnes; quasi sine du vobis ipsis testibus, hi boni Pasto

fi

fuerunt. Si enim non fuerunt, cur illos colitis, laudatis? sed si fuerunt, meo exemplo fuerunt, à me didicerunt, ego illos institueram, instruxeram: ego enim sum Princeps Pastorum. Credite mihi saltem propter hos, quod ego sim Pastor bonus, & unus (hic posset de virtutibus B. Stanislai disseri, si in Concione res foret, possunt & in meditatione recoli ad devotionem in Sanctum excitandam, gratiasque Deo pro tali Pastore huic Regno dato agendas) Sed dicet aliquis opus hic probatione: credimus quod Christus fuerit Pastor, non opus est ex gestis B. Stanislai ostendere Christum. Pastorem esse: oppositum, erat faciendum, & ex Christi gestis probandum erat, quod Stanislaus Pastor esset, sed enim videt Christus & Ecclesia nos non credere, quod Christus sit Pastor bonus. Unde videt? ex moribus nostris, hoc est ex signis; si Christus Pastor est bonus, cur ergo vos homines aliena potius, quàm Christi pascua pererratis? cupiditas divitiarum, amor honorum, fastus, iræ, pascua diaboli sunt non Christi alia sunt Christi pascua frequentatio Sacramentorum, concursus ad templa, & do-

ctri-

ctrinas sacras, jejunia & eleemosynæ, sermones, opera misericordiæ, orationes, &c. Non ergo immerito, & Christus & Christi Ecclesia inculcat istud. Ego sum Pastor bonus, ego sum Pastor, &

3. *Vocem meam audiunt.*

Vix credo mi JESU, quia vix vid aliquem, qui vocem tuam audiat. Non ipse dicis alibi vocavi, & renuistis, d spexistis omne consilium meum? An h olim fuit, hodie non? imo hodie pl quàm forsitan olim. Quando ergo i plebitur istud, quod dixisti: Oves m vocem meam audient? dignissimum mè, ut audiant, siquidem oves tuæ su an fortè non sunt? sed enim baptiz sunt in nomine tuo, reperiuntur eti in templo aliquando, confitentur, fortè vellere tuo carent, veste scilicet n ptiali, illâ inquam veste unitatis, q sint unum tecum, unum cum proxim Tu enim dixisti: Si diligitis me, mand mea servate, &, In hoc cognoscent o nes si discipuli mei, & oves meæ esti dilectionem habueritis ad invicem. M rabilis certè debet esse ovis illa, quæ p lem ovis non habet. Potest quidem

ıs esse & ovinam pellem habere, sed
vis esse &, lupina veste indui non po-
st, nescit agere hypocritam. Etenim,
ui dicit se diligere Deum, odit autem
roximum suum, mendax est. Quando
go istud implebitur mi JESU de ovi-
ıs istis tuis non tuis, quod vocem tuam
ıdient? an tunc quando dices illis: Ne-
io vos? an tunc quando dices unicui-
ıe: Abi? an tunc quando statues hædos
sinistris, oves à dextris, & decreto-
am utrique parti dices sententiam?
ı tunc quando dices verbum asperum,
erbum perditionis æternæ, illud in-
ıam, Ite. O JESU non tunc audiam vo-
m istam, nunc audiam potiùs illud,
ıod tanquam bonus Pastor inclamas;
igilate, & orate, & videte.

4. Considera Sanctorum exempla
se thesauros, quos effodiunt, & effo-
endo gaudent omnes, qui imitantur
xta illud Christi Domini. Simile est Re-
ıum Cœlorum thesauro abscondito in
ro (Ecclesiæ) quem, qui invenit ho-
o præ gaudio illius vadit, cui etiam po-
st servire illud Job 3. quasi effodien-
s thesaurum, gaudentque vehemen-
r, cum invenerint sepulchrum, in quæ

verba Gregor: antiqui inquit mortuos cum divitijs sepeliebant: qui igitur thesaurum quærit, gaudet cujus sepulchrum invenerit, quia sapientiam, pietatem, Sanctitatem, perfectionemque Christianam exquirentes, cum exempla præcedentium Patrum perscrutamur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, & menti divitias apud mortuos invenimus, qui qui hic in mundo perfectè extincti sunt in occulto cum divitijs requiescunt. Sepulchro ergo dives efficitur, qui per exempla justorum in contemplationis (justitiæ, humilitatis, &c.) Virtute sublevatur. Vide quales Virtutum divitias ex vitâ & morte Sancti Stanislai possimus eruere, quale patrocinium Patria ex illo habeat, etiam mortuo. Vide etiam ad hanc Jobi & Gregorij sententiam trahi possit miraculum Petri ex sepulchro suscitati. Quæ inde opes eductæ Poloniæ timoris Dei, confirmationis in fide Christiana, orationis Sanctorum purgatorij.

5. Considera Sanctorum exempla esse Virgas, quas Jacob ovibus proposuit, ut parerent varios fætus, seu variegatos: quâ de re Gregor: Quid est, ait, virgas virides & amygdalinas, & ex platani

nis ante gregum oculos ponere, nisi
ntiquorum Patrum vitas & sententias
in exemplum præbere populis? quæ ni-
mirum, quia juxta rationis examen re-
ctæ sunt, virgæ nominantur, quibus ex
parte corticem Jacob subtrahit, ut in his,
qui expoliantur intimus candor appa-
reat: & ex parte corticem servat, ante
considerationis enim nostræ oculos, præ-
cedentium Patrum sententiæ, quasi vir-
gæ variæ ponuntur! has aspicientes o-
ves concipiunt, quia rationabiles no-
stri spiritus, dum in eâdem intuitione
defixi sunt tales fætus operum procre-
ant, qualia exempla præcedentium con-
siderant.

6. Considera Sanctos, & gesta eo-
rum esse lilia, in quibus homines de-
bent pasci. Quâ de re etiam Gregor: in
illud Jobi 33. Respiciet homines & dicet
peccavi, ideo ait, nonnulli peccasse se
nesciunt, quia homines non attendunt,
& post: quid enim per lilia nisi illorum
vita declaratur, qui veraciter dicũt; Chri-
sti bonus odor sumus Deo? Electi ergo
ut summa assequi prævaleant, conspectâ
odoriferâ, & candidâ Sanctorum vitâ sa-
tiantur. Sed quia in hac vitâ positi, nec

dum valent satiari, per præcedentium interim Patrum exempla pascuntur, ideo dicit se pasci donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Tamdiu quippe refici justorum exemplis indigemus, donec cum æterno die præsentis mortalitatis umbras transeamus.

7. Considera verba illa Ezech: 43 Fili hominis ostende domui Israël templum, confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam & erubescant ex omnibus, quæ fecerunt. Templum Dei filijs Israël ad confusionem ostenditur, quando uniuscujusque justi anima, quam inspirando Deus inhabitat, quantâ Sanctitate fulgeat, ad confessionem peccatoribus demonstratur, ut in illâ, bonum, quod negligunt, videant, & in se ipsis malum, quod operantur, erubescant: metiri verò fabricam est pensare justorum subtiliter vitam; sed dum metimur fabricam necesse est, ut ex cunctis, quæ facimus erubescamus, quin bonorum vitam, quantè subtiliùs pensando discutimus, tantò severiùs in nobis omnia iniquè gesta reprobramus: Ex hac sententia Gregor disce primum modum Sanctorum vitam legen-

:gendi, perpendendi, alijsque propo-
endi, tum etiam finem, quo sunt discu-
iendæ. Videre insuper potes in gestis
Beati Stanislai, quæ tibi, quæ omnibus,
quæ huic Regno, quæ cui statuum gene-
i pudorem incutiant.

8. Considera ideo ab Ecclesiâ fide-
ibus Sanctos varios ad celebrandum
proponi certis diebus, ut fideles tantò
itiùs, suaviùs, efficaciùsque in Virtu-
e Christianâ proficiant. Nam ut ait
Gregor: Cum bene perficere in sanctâ
conversatione volumus, necessarium
nobis est, ut Electorum plurimorum
nobis exempla colligamus: nam & apes
componere mella nequeunt, si ea in flo-
ribus varijs nequaquam legunt. Flores
æternorum fructuum, sunt opera Sancto-
rum, quæ dū superni amoris rore per-
funduntur, ex eis carpimus, unde ad
nostram doctrinam, & ad aliorum uti-
litatem repleamur. Quasi ergo de flore
in florem apis transit, quando homo per
Electorum exempla proficit, & à con-
spectâ virtute unius, ad explorandam al-
terius conversationem vadit: ubi ergo,
& tu varia B. Stanislai gesta, & ex his
velut ex plenissimis succi flosculis, mel

ædificationis tuæ internæ decerpas.

9. Considera ideo Sanctorum Die[s] & Virtutes à nobis recoli, ut de nostri[s] noctibus, vitijsq; confundamur & emen[-] demur. Velimus enim, nolimus, Sanct[i] confundunt nos, sed nisi velimus nequa[-] quam emendant nos. Quod hoc ita sit utrumque teste Ambrosio, ostenderu[nt] Geraseni illi in Evangelio, qui rogaban[t] Christũ ut ab illis abiret. Alij autem nega[-] bant transitum, cũ per eos ire vellet (mu[l-] tis enim gravis est justus cum videtur at contra; qui videt justum & gaude[t] etiam ipse vult esse justus. Etenim ins[i-] tum bonis est, ut castũ pudicus, pruden[-] tem sapiens affectu pio diligat, & virtu[-] tes suas, quas vel habet, vel habere cu[-] pit, in alijs amet: plerisque enim jus[ti] aspectus, admonitio est correctionis, pe[r-] fectioribus verò lætitia, juxta illud Psa[l.] 118. Qui timent te videbunt me, & læ[-] tabuntur. Quam pulchrum ergo si vide[-] ris, ut prosis, pretiosum est videre ju[-] stum virum, ut videas eum secundu[m] imaginem Dei: quare qui videt justu[m] debet scire quid videat.

10. Tria sunt, quæ in festivita[ti-] bus Sanctorum vigilanter considera[re]

deb

ebemus : Auxilium Sancti, Exemplum
ius, Confusionem nostram. Auxilium,
uia 1. Si hîc poterant in terrâ, possunt
n cœlo nobis prodesse, ubi potentiores
unt utpote ingressi in potentias Domini.
2. quia in cœlo melius nôrunt mise-
ias nostras, vel ex hoc solo, quia opti-
nè sciunt ex quantis ipsi periculis emer-
serint. 3. quia de se nil jam soliciti
unt, sed solum de nobis, cum quibus ha-
bent communionem Sanctorum. 4.
Quia charitatem illorum illa patria non
mmutat sed augmentat. 5. Quia
uxta vocem Pauli Deus providet de
nobis, ne Sancti sine nobis consummen-
ur. Ipsis ergo prodest, quando nos eo-
um suffragijs juvamur, & ad salutem æ-
ernam provehimur. Unde David, me
xpectant justi, ait, donec retribuas mihi.
Exemplum quia Sanctus vivens non de-
linavit, neque ad dexteram, neque ad
inistram, non cladicavit in utramque
partem non respexit retro, missâ manu
ad aratrum: quin sicut docuit, sic & vi-
xit, quin si ille potuit, & nos si velle-
mus, siquidem neque ille extra mun-
dum, carnemque vixit, sed similiter,
ut nos passibilis fragilisque fuit. Et

hinc surgit confusio nostra, quin sola n
bis obest negligentia nostra, quomin
similes simus Sanctis, quin non est in
possibile, nec difficile Sanctum esse, s
terrâ animum (qui utique spiritualis e
& sponte suâ sursum tendit, contra n
turam verò terrenis immergitur) av
lere & ad Deum convertere velimus, in
nec avellere quidem planè necessè e
sed satis esset ordinem servare, prius
plus Deo inhærere, postea & minùs, s
vo Dei honore terram curare. Addi p
test ad hæc tria quartum, Timor scilic
sublatâ enim excusatione justâ, aut
ductâ confusione, quid speremus ali
nisi supplicium & exprobrans verbu
Tu non poteras, quod isti, & istæ. V
dendum ergo nobis, ut timor iste
neret in nobis curam, cura gratiam
forte & confusio adducat nobis
non peccatum, sed gloriam;
Vide Bernard: in vigi-
lia Apost: Petri
& Pauli.

***

IN FESTO ASCENSIONIS D. N. J. CHRISTI.

Recumbentibus undecim Apostolis apparuit. *Marci 16.*

Recumbentibus apparuit IESUS.

CONsidera amabilitatem, bonitatemque tui JESU erga te, quam tibi longè suaviorem majoremque præstat hodie, quàm præstitit ipsis Apostolis suis; recumbentibus enim illis undecim apparuit JESUS, sed vultu quodam severò & increpatitio: exprobravit enim illis incredulitatem eorum; at verò tibi hodie recumbenti, & ad mensam augustissimi eius convivij accedenti apparet, vultu non severo, non increpante, sed amabili, sed jucundo, sed convivali, non exprobrans tibi incredulitatem (etsi hæc longè maxima est in te) sed ostentans suam magnificentiam & charitatem. Apparet tibi seseq; in conspectu tuo osten-

tat admirabilem amabilem , potabile
comestibilem , nec apparet solum tib
sed etiam se tibi præbet, exhibet off
ad tangendum, ad sumendum , ad
linguaque portandum,ad corde & vis
ribus concludendum. Quâ amplius
tione apparere tibi vis JESUM , si
tibi JESUS, quid JESUS sit, nondum
paruit, nunquam apparebit : si illum
esse JESUM non agnoscis , nunquan
gnosces , nisi in illâ extremâ horâ ,
exprobrabit tibi incredulitatem tua
quod ad illum sumendum imparat
indevotus,immundus , accedere sis
sus toties,quod illum sumptum , tam
dignè, abjectè, obiter, sine fervore g
dio, amore, reverentiâ tractaveris;qu
ex tam crebrâ cum illo conversation
tam perpetuò & quotidiano conv
tam parum profeceris , tam vitijs ma
que habitibus imbutus fueris , tam
pidè ipsi servieris Agnosce ergo n
apparentem tibi JESUM, & salute,qu
ex ipso paratam tibi aspicis & perci
vide ut utaris.

2. Considera quare Christus asc
derit in cœlum. Gravissimis utiqu
causis. Ascendit in cœlum,quia des

erat de cœlo ; unaquæque enim res locum suũ naturalem requirit, terrea terram, cæleſtis cœlum. Cur lapis deorſum ruit? terrenus eſt. Cur ignis ſurſum nititur?? aëreus eſt. Et Chriſtus erat totus e cœlo cæleſtis : & caro quidem terrena fuit, ſed ſepoſitâ corruptione ; induerat jam incorruptionem & immortalitatem, nihilque terrenum patiebatur. Vide tu qualis ſis? ſi ad terram tendis, terrenus es, ſi ad cœlum cæleſtis : ſed nunquid ita ad cœlum tenditur, aut tali paſſu contenditur, quali tu? ſi ad cœlum tendis, quid te oneras terrenis? an terram cœlo inferre vis? fruſtra. Nihil illuc intrabit coinquinatum. Vidiſti aliquando aliquam partem cœli in terram delatam? nunquam. Sic crede, nec tu terram cœlo inferre poteris; ipſum Chriſti corpus illuc non prius intravit, quàm per paſſionem, paupertatem, ad gloriam tranſivit.

3. *Aſcendit Chriſtus.*

Oſtenſâ quippè ad gloriam viâ mortalibus, ſupererat, ut ipſas cœli portas oſtenderet, patefaceret, intraret. Quid enim prodeſſet viam ſcire, ſi contigiſſet

portam clausam habere? Ascendit er
Christus, portas aperuit & inscripsit. H
est porta Domini, Sancti intrabunt
eam. Aperuit portam intrando, int
vit jus meritumque prætendendo; u
& imperiosè loquitur: Aperite mihi p
tas justitiæ, ingressus in eas confitel
Domino. Portæ justitiæ portæ cœli su
quæ dicuntur esse portæ justitiæ, q
justitiâ jubente clausæ erant; Cherub
que cum gladio ignito ferventis justi
symbolo appositus, quia non nisi jub
te justitiâ patefaciendæ, quando scili
satisfactionem plenam justitia accepis
quia denique solis tantummodo ju
aperiendæ. Has portas tibi Christus a
riri jubet, utpote, qui omnem justiti
adimpleverat copiosissimâ redempt
ne. Age, portas justitiæ intrare vis?
tent quidem illæ, sed computa sumpt
vestem nuptialem an habeas vide.

4. *Ascendit Christus, & ascendendo aperuit cœlum.*

Quid est aperire cœlum? an fortè
forabis cœlos, qui sunt solidi, & q
ære fusi? Verum quidem est, ante asc
sionem Christi, nemini hominum

los patuisse etiam materiales: sed aliud cœlum est, quod aperuit Christus, cœlum illud celans & cœlatum, de quo scriptum est; Deum nemo vidit unquam. Et: Non videbit me homo, & faciem meam videre non poterit. Hoc cœlum Christus aperuit, quando ad visionem Dei claram justos admisit, & ut admitterentur, deinceps meruit, atque effecit. At enim hoc ipsum quid est? & quantum Deum videre? Hoc verò illi explicandum est; qui Deum aut non novit, aut odit. Quid est Deum videre, quæris ô homo? quæro quid est Deum habere? Deum possidere? Deo frui? si hoc capis jam scis, quid sit Deum videre. Si parum putas videre Deum, possessio Dei est visio illa. Amas, Deo frui, possidere illum, tenere, habere illum, cur non amas videre? Non habetur lux nisi videndo, non habetur Sapientia nisi sciendo, Veritas nisi cognoscendo, & quid est Deus? nisi lux, Sapientia, Veritas. Ergo facere ut Deum videas, est facere ut possideas, atque hoc est; cœlum aperire, Deum ad possidendum dare. O Anima mea munda oculos, ut Deum videas & possideas, oculi tui, pedes tui, his intrabis in cœlum

si mun-

si mundos habebis. Beati enim mund
corde quoniam ipsi Deum videbunt.

5. *Ascendit Christus in cœlum.*

Ut eodem corda nostra erigeret, &
dirigeret: quidni eo erigantur, & diri
gantur? Si Christus thesaurus noster es
sanè ubi est thesaurus noster, ibi etia
cor nostrum esse debet. An non thesau
rus noster Christus, in quo omnes the
sauri nostri absconditi sunt Scientiæ, Sa
pientiæque Dei? Nisi fortè thesauri no
stri extra omnes thesauros sint, qui
extra omnes sunt, thesauri non sunt. E
quis thesaurus bonus est, qui sine Scien
tiâ Dei est, nisi fortè thesaurus iræ, i
diem iræ, qui quidem maledictus es
Si etiam Christus delectatio nostra est
sanè & appetitus noster illò debet ten
dere, ubi objectum eius collocatum es
Atqui scriptum est: Delectationes in dex
terâ tuâ usque in finem, Christus scilice
ad dexteram Patris sedens, usque
dum sicut visus est abiens in
cœlum, sic veniat ju-
dicare terram.

***

6. *Ascendit Christus in cœlum, ut inde protegat.*

Ascensor cœli auxiliator tuus, sanè Joseph assumptus ad regnum, eodem adduxit fratres suos, eosque ibi protexit & aluit famis tempore. Vide Magalianum in Cant: Mosis. Recessit ergo Author & Redemptor noster, sed ita, ut supra nos sit tanquam nubes à Solis æstu, tanquam scutum à dæmonis jaculis nos protegens. O qualem quantumque defensorem & protectorem habemus. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Quod ita futurum esse, ipse non obscurè indicat, tum dicendo; Non relinquam vos orphanos, tum etiam pollicendo; Signa, eos, qui crediderint hæc sequentur, &c. hæc sine dubio, sine præsentiâ, sine patrocinio Dei esse non possunt. Utinam hoc patrocinio digni dignè vivamus, nec aliud nobis patrocinium quæramus!

7. *Ascendit Christus.*

Ut bona, & opes hîc conquisitas Deo Patri offerret & repræsentaret. Habebat terra thesauros, quos ignorabat, ideoque

que contemnebat hos venit JESUS quærere, quæsivit, invenit. Invenit margaritam humilitatis, paupertatis, obedientiæ, castitatis, mansuetudinis, temperantiæ, patientiæ, crucis, persecutionumque amoris & desiderij. Sed præcipuè invenit thesaurum, absconditum animas scilicet humanas ad imaginem Dei creatas; quem quidem ille thesaurum tam diligenter quæsivit, ut nil diligentius: propter eum enim vendit omnia, quæ habui, & emit, agrum illum crucis & mortis, in quo latebat redemptio animarum nostrarum, in quo operè triginta tres annos insumpsit, famem, sitim, æstum, frigus, lassitudinem, jejunia, sudorem sanguineum, flagella, spinas, opprobria, sputa, alapas, crucem, mortem subijt. Sed heu non magno fructu vix paulò plus quingentis animabus repertis. Videbat id parum nimis esse, itaque descendit ad inferiores partes terræ, in imis illis partibus & visceribus merces cupitas quæsiturus: quæsivit, invenit & captivam illam Captivitatem inveniens eduxit, & deduxit secum in altum, deditque sic dona hominibus, Patri æterno offerens laborum suorum manipu-

ipulos & primitias, iniquissimè à forti rmato per quinque annorum millia deentas. Heu pudor & dolor, hodie Christus ad cœlum vadit, munera Patri æterno in terrâ conquisita offert, quæso n meum, an cujus nostrûm munus est inter illa munera, munera illa animæ sunt, orda sunt: nunquid in manibus Christi, n muneribus illis, animæ nostræ, cora nostra sunt? quis gloriari potest se Christo cor suum, animam suam, affetum suum Patri æterno offerendum dedisse? dedine ego illi cor meum, quod erræ affixi, quod immersi luto, quod oneravi nugis nugacissimis curarum & affectuum secularium. Prô! qui pudor, hodie Christo ascendente de terrâ in cœlum, & nullum dignum cœlo, Patri manus æterno offerre? quanta illius contra nostram ingratitudinem, & morositatem & duritiem indignatio? per quos stetit, ut ille in conspectu Patris (quantum ex nobis est) appareret vacuus. O anima affer quamprimùm, & munda cor tuum, quàm purissimè, illud JESU Christo trade, Patri æterno committendum & offerendum. Sed quando? unumne tantum offeret? cur non & plura alia? O homines

nes vos pigebit Christo corda vestra tr
dere,an non est promeritus ? an non
ditis Christo ? an ita delicata gravataq
habetis corda, ut avelli à terrâ attoll
que, ne quidem Christi viribus possit
ut sine ijs vivere nolitis ? O quàm est
melius carere corde suo, & vivere co
de Christi?

8. Considera ex Augustino tres e
nostros ascensus. In primo ascendim
ab istis exterioribus & interioribus
nos. In secundo ascendimus ad cor altu
(quanto namque amplius proficimu
tantò amplius ascendimus : qui en
non ascendit, descendit, & qui non p
ficit deficit.) In tertio ascensu ascen
mus ad Deum. Primus ascensus fit co
sideratione mundi & contemptu; co
derando enim caduca spernimus, &
nos redimus. Secundus ascensus fit,
gnitione & contemptu nostri: cum er
cognoscimus, quoniam proni sumus
malum tardi ad bonum, contemnin
nos, & ascendimus super nos. Tert
ascensus fit cognitione Dei & amore
lius super omnia. Iste autem fit me
dilatatione, & sublevatione, & alie
tione, considerantes, quàm poter

D

Deus cuncta creat, sapienter creata gubernat, bene cuncta dispesat. Totum quidem mundum creavit propter corpora nostra, corpora propter animas, animas propter se, & ideo diligenter custodire debemus animas nostras, ut eas mundas & sanctas Deo reddere valeamus, à quo tanta bona pro eis accepimus. Has tales tres ascensiones Christus nobis hodie innuit, & ad illas nos provocat: Vide an illas, & quando sequaris.

9. Nullum æquè festum varios in hominibus excitat excitareve debet affectus, atque hodiernum Ascensionis Christi, in quo & materia gaudendi, & materia dolendi subministratur. Gaudebamus Christum nobiscum versari, abijt, quis non doleat? sed abijt in gloriam suam in sedem Majestatis suæ, ad dexteram Patris, Frater noster, & Caput nostrum, quis non gaudeat? Misericordia incarnata, quæ didicit in his, quæ passa est miseriam nostram, utpote tentata per omnia absque peccato abijt ad Patrem misericordiarum, quis non confidat? Justitiæ Sol in fervorem meridiei conscendit, à cujus calore non est, qui se abscondat, accepitque judicium & justi-

tiam in manu suâ , & reget gentes virgâ ferreâ & tanquam vas figuli co fringet eas. Quis non timore turbet quandoquidem , qui me judicat De est? Quid ergo agam in hac die , nem & gaudebo & tristabor de oblatio mihi præsentiæ eius , & omnibus tæd tædebit animam vitæ meæ , anhela que ad eum,ut ubi portio caputq; me regnat , ibi & ego aliquando confide cum ipso in cælestibus. Sperabo in e cujus misericordia super nubes penet vit cœlos , & insculptos homines in c pore suo de meo genere assumpto, do rû pro me suscepta stigmata præfer assistit vultui Dei pro me , exaudien sine dubio pro suâ reverentiâ in cœ qui pro eâdem exauditus est in Cru sed etiam timebo , semperque pavi ero, nec caput elevabo,quoniam Ad catus meus justus est, & Judex est. Ju Advocatus causas injustas non susci nec verba pro justitiâ effundit : ego tem scio me multas causas injustas tere : Judex autem justus dissimu non novit , parcere pœnas meri tis nescit,mutare decretum non potest.

IN FESTO PENTECOSTES.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit. *Ioan: 14.*

Considera cur Spiritus Sanctus in igne venerit in mundum. Causa 1. Quia ferebat ignem vindictæ impijs, severitatem justitiæ; arguiturus enim t mundum de peccato, de Justitiâ, de licio. Hoc innuit Christus cum ait; nit autem Spiritus Sanctus in igne, ens vindictæ severitatem impijs. 2. Apostolos Christi per totum orbem cursuros, faceret agiles, mobiles, & eos, similesque Angelis sicut in offi-, ita in perfunctione officij redderet. nstat autem de Angelis dictum esse: ui facis Angelos tuos Spiritus, & mitros tuos ignem urentem. 3. Iis semper in motu est, & Spiritus San- Virtus nescit tarda molimina, mobi- subjecta mobilia corda requirunt, ioque ut notat S. Chrysost: Christus Dominus

minus non expressit diem, in quo Spiritus Sanctus Apostolis mittendus erat, scilicet vigilantes solicitiùs expectare promissum, non enim datur Spiritus Sanctus nisi vigilanti. 4. Spiritus Sanctus in igne venit, ne homo tepescat & frigescat. Est ratio Origenis, qui in illa verba: Cōcaluit cor meum intra me, ait; Quos divinus ignis accenderit, non patientur ultra materialibus & mundanis sordibus pollui, nihil in se tepidum recipient, & quod evomitione dignum sit: nec patientur multiplicatâ in se iniquitate refrigescere charitatem, sed semper erunt lampades accensæ, lucentes, ardentes. 5. Ut sicut ab igne Spiritus Sancti ignei Apostoli erant reddendi, ita & ij, qui Apostolos audissent, ignei quoque redderentur. Unde idem Origenes (lib:2. humil: 1. in Ps:38.) visæ sunt, ait, eis dispertitæ linguæ tanquam ignis, pro eo, quod ignei vigoris debereut gratiâ roborari, ut auditorum animæ flammam per sermonis traducem sumerent. Quare & Augustinus Apostolicos alicubi viros ita alloquitur, Discite ignes Sancti, ignes decori. 6. Nil igne efficaciùs, nil quoque Spiritu Sa

efficaciùs ideo S. Gregor: homil:30.
Evang: Spiritum sanctum artificem ap-
llat & declarat; videte Spiritus San-
is qualis sit artifex. Implet cytharædũ
erum (1. Reg:16.) & Psalmistam fa-
, implet Pastorem armentarium sy-
moros vellicantem, & Prophetam
Amos 7.) facit: implet abstinentem
erũ (Dan:13.) & Judicem senum facit:
plet piscatorem (Matth: 4.) & Præ-
atorem facit. O qualis est artifex iste
iritus. Chrysost: etiam ait; Spiritus
ctus in igne apparuit, propter velo-
n mentis susceptionem, quia scilicet
locissimè penetrat, & immutat men-
n quam occupat. Et alibi contendit
ostolos factos fuisse igneos, ideoque
ta effecisse. Quemadmodum enim i-
eus homo, si in medias incidat stupas
læditur, sed magis vim suam exeret.
ctabantur Apostoli cum impijs, ac si
is ignem gestans luctetur cum eo, qui
rtat fœnum. Expressissimè autem, &
dem cum Gregorio sensu, serm: cit de
nt: sic ait; hodie nobis terra facta est
lum, non stellis de cœlo in terram de-
ndentibus, sed Apostolis ad cœlos
endentibus, quia effusa est gratia Spi-
ritus

ritus Sancti copiosa & universum orbe
operata est cœlum, non immutans n
turam, sed voluntatem emendans : i
venit namque Publicanum, & Evangel
stam effecit: invenit, persecutorem Ap
stolumque reddidit : invenit meretr
cem, & Virginibus coæquavit, fugav
malitiam induxit benignitatem, exte
minavit servitutem, & induxit libert
lem, ideo cœlum facta est terra. Qu
enim? tales stellæ sicut Apostoli? stel
in cœlo, Apostoli super cœlos : stel
de igne sensibili, Apostoli de insensibi
de intelligibili; stellæ nocte lucent
die obscurantur, Apostoli & in die,
in nocte suis radijs, id est, virtutibus
fulgent; stellæ in resurrectione cade
sicut folia, Apostoli in resurrectio
rapientur obviam Christo in aëra.
Spiritus Sanctus in igne venit, ad pr
banda eorum corda in sinceritate e
rum, vasa figuli probat fornax & ign
separat pretiosum à vili, rubiginem
scoriam ab auro Unde cuidam malig
cordis homini, volenti donum Spirit
Sancti emere pecuniâ: non est tibi pars
sermone isto. Offer tu Spiritui Sanc
cor tuum, ut probet igne suo an sinc
ru

m sit & rectum coram Deo necne, an
râ charitate, rectâ intentione, forti
tientiâ, præditum. 8. Spiritus
nctus in igne venit, ut ostenderet se
maximâ gratiæ copiâ venire, in tantâ
licet, in quantâ nunquam in veteri
tamẽto venerat. Audi Chrysostomum,
rro, ait, ignis arguit gratiæ copiam, ac
hementiam; nequaquam id accidit in
ophetis, ut Moyses, inquit, per rubi
iem vocatur, non itidem hic factum
, sed ipse ignis insedit. 9. In igne
iritus Sanctus venit, quia communi-
:i voluit, unde in linguis etiam di-
ertitis venit, fortè quia lingua maxi-
: membrum communicabile est. Id
iuit Chrysostomus loco citato, cum
rgit sic: Et quemadmodum ab igne,
otquot volet aliquis lucernas accen-
:, nec ignis imminuitur, ita & in A-
stolis tunc accidit. Non enim per i.
em tantùm gratiæ largitas demonstra.
tur, sed unusquisque spiritus fontem
cepit sicut promiserat Dominus. Hinc
to factum, quod ad impositionem
inuum Apostolicarum olim visibiliter
iritus Sanctus descendere sit solitus in
leles, hinc hodie isti fontes Apo-

ſtolicæ gratiæ in Eccleſiâ, Doctores, E-
vangeliſtas, Prædicatores ſuppedita-
10. Chriſtus Dominus jam fecerat
traque unum, jam terram cœlo conj-
xerat, jam partem terræ, ſcilicet na-
ram humanam intulerat cœlo, reſta-
ergo ut pars cœli inferretur, etiam t-
ris, ergo in igne, quæ eſt res à terrâ
motiſſima, illiſque planè diſſymbo-
Spiritus Sanctus in terram venit, ſe-
mundo communicavit: quidne enim
gnaretur ad nos Spiritus Sanctus ven-
in igne, quando Verbum non eſt de-
gnatum venire ad cœlum in corpo-
quanquam in quo commodius Spiri-
Sanctus in terram veniſſet, quàm in ig-
quæ frigidiſſima erat, undique rig-
peccatorum, & aquis ſcelerum, natı-
que corruptione, velut gelu quodam
frigore obruta. Huc certè poteſt acco-
modari votum illud Jſaiæ clamantis:
tinam diſrumperes cœlos, & deſcen-
res, aquæ arderent igni, aquæ enim m-
tæ populi multi.

2. Videns olim Deus mundum c-
ruptum carnalitate, abſtulit ab homi-
bus ſpiritum, dicēs: Non permanebit ſ-
ritus meus in homine, quia caro eſt:

tam

men viâ homines non ſunt emendati;
in imo pejores ſunt effecti, & dice-
nt : Venite fruamur bonis antequam
arceſcant , tanquam in juventute ce-
riter. Deus ergo aliam viam , homi-
s ab amore carnali deducendi quæſi-
:. Venit ergo VERBUM in Carne :
ERBUM enim Caro factum eſt , at
am ſic homines non ſunt ab amore
rnis avocati , & quamvis illis dicere-
r : Spiritus eſt,qui vivificat, caro au-
n non prodeſt quidquam, ipſi horum
hil intelligebant , ideoque illis dici
buit reſolutè: Expedit vobis , ut ego
dam , ſi enim non abiero , &c. & fa-
ım eſt , ita ablata eſt præſentia viſibi-
carnis Chriſti de mundo , & datus eſt
ritus , ſeu potiùs redditus Spiritus
nctus hominibus , qui ſicut olim fere-
tur ſuper aquas , ita nunc etiam ferre-
r ſuper terras , & corda hominum à
ncretione corporis , carnalique amo-
purgaret , diffunderet autem chari-
em in cordibus fidelium , ita ut dice-
poſſent: Jam nunc non novimus Chri-
m ſecundùm carnem. Et fortè ideo
iritus Sanctus in igne venit , quæ eſt
ritui res viciniſſima , ſordium inimi-

ca, purgandi vim obtinens, illumina[...] sursum omnia tollens, sese commu[...] cans, ut scilicet ostenderet se sepera[...] rum carnalia omnia desideria ab hon[...] nibus, omnia verò spiritualia ipsis in[...] sturum.

3. *Spiritus Sanctus venit in ignei[s] linguis dispertitis super singulos.*

In linguis venit. 1. Ut osten[de]ret, se suavissimum quid gustui adve[ni]re; gustûs autem sedes in linguâ & [pa]lato est, 2. Ut ostenderet se ad d[an]das Prædicatoribus linguas Evang[elii] venire; non estis vos qui loquimi[ni] sed spiritus Patris vestri, unde eti[am] Apostoli non leguntur se excusasse [in] hac legatione & prædicatione, quon[do] doMoyses, Jeremias, Ezechiel se excu[sa]runt, quia scilicet linguas igneas non [ac]ceperunt, Apostoli contrà dicebant; n[on] possumus non loqui: non dicebant: p[uer] ego sum, impeditioris linguæ sum, a, a, [a] Domine nescio loqui, quid clamabo? potiùs dicebant, loquimur, prædicam[us] & quidem tam clarè, tam fusè, ut in [or]bem, & finem terræ sonus & verba [eo]rum exierint. 3. Ut sedem, & se[...]

te[...]

n, & patronum, & magistrum, & of-
nam peccatorum mundare se osten-
et, & tollere atque occupare: & ubi
ra? vel unde peccata, quàm à lin-
â? Venit in dispperditis linguis; nemo
m habet omnia, nec sibi quisquam
ficit, sed sicut in humano corpore,
rs parte eget; ita in Ecclesiâ divisio-
s gratiarum sunt, nec potest dicere
ulus manibus non estis mihi necessa-
. 4. In dispertitis præterea venit
guis Spiritus Sanctus, quia communi-
bile & communicandum bonum se ve-
re, ostendere voluit. 5. Venit in i-
neis linguis: contra paleas enim huma-
e eloquentiæ illo tempore vel maximè
orentis ac potentis, sine dubio igneis
bus erat linguis, quibus doctæ huma-
e sapientiæ verba cederent & succum-
erent, quique non in solo splendore
fuco lucis starent, sed & calorem vi-
lem, & adeò ipsam ignis substantiam
n cordibus humanis fidei, charitatis,
irtutum generarent. 6. Venit de-
ique in singulos eorum, cur non in u-
um aliquem totus in omnibus linguis
enit Spiritus Sanctus, à quo postea in
lios derivaretur? nempe non est acce-
 ptio

ptio personarum apud Deum, sed quod-cunque sui capax vas, Spiritus Dei repe-rit, illò influxit, (ut oleum Eliæ) & nemo non est idoneus Deo, quicunqu se aptum ipsi præbere & præstare co tendit, unde etiam nemini negari deb Spiritus Sancti gratia, si quis illâ dignu est, sed imò sponte & gratis, imò inviti offerenda est. Gratis accepistis, grat date.

4. *In linguis venit Spiritus Sanct. super Apostolos.*

Ut ostenderet facta quidem Apost-lica aliqua posse esse mala, indigna Chri-sto, sed doctrinam Apostolicam non po-se esse malam aut falsam. In linguis eni Apostolorum Spiritus Sanctus est nc in manibus, quia malè operari possu ministri Evangelici, malè docere nc possunt. Atque etiam ad hoc facit, qu venit in dispertitis linguis, divisio eni illa, successionem & communicatione indicat, quia scilicet prædicationis i fallibilitas non solùm in Apostolis, s etiam in ijs, qui ab Apostolis illam a cepissent doctrinam, mansura fuit. Un etiam fortè in igneis ideo linguis ven

qu

a igne nihil communicabilius,& nuſ-
m major eſt ſucceſſio magiſque con-
ia, quàm in ignea, volante enim uno
ereunte, ſuccedit alter: & ſic dein-
s. Sic abeuntibus Apoſtolis, Diſci-
i eorum, continuâ ſucceſſione ſuc-
unt,& ita ſervatur unitas. Sicut enim
tur unus ignis candelam comburere;
etiam Eccleſia dicitur, hodieque A-
tolica ſtare, non quod unus ignis, aut
oſtolus hodie ſuperſit, ſed quia con-
uâ, nec interruptâ ſerie ignis igni, A-
ſtolicus Apoſtolico diſcipulo ſucce-
. Tolle ſucceſſionem in igne, vel ad
nimum, extinguitur candela: tolle
ceſſionem Apoſtolicam, Eccleſia non
. Et ubi ſunt illi, qui poſt mille ſex-
tos annos jam veniſſent, cum tan-
n inter illos, & Apoſtolos chaos in-
jacet, tamen Apoſtolicam Ecceleſiam
tant? Ignis, qui extingui hoc eſt rum-
potuit, aut non ignis, aut non Spiri-
s Sancti fuit.

5. *Venit Spiritus Sanctus.*

In igne, linguâ, diviſus ſingulis, ho-
ines ſcilicet deſignans ad quales veni-
gaudeat, igneos homines linguoſoſq;

divisibiles & singulares requirit. Igneo[s] Spiritu ferventes, Domino serviente[s] quorum opera sint aurum, argentum, la-pides pretiosi, non lingnum, fænum, st[i]-pula, quæ igni cedunt linguosos & sono[-]ros, qui jugiter die ac nocte, igneas a[d] Deum fundant preces, verba operib[us] consonantia habeant, habeantque ip[sa] etiam opera vocalia, omni suo temp[o]re laudent Deum, clament & prædice[nt] modestiam, patientiam, humilitaten[m] charitatem, legis denique Christi perf[e]ctionem. Divisibiles & dispertitos be[ne] scilicet ordinatos, & ordinare sciente[s] qui sciant reddere Dei Deo, Cæsa[ris] Cæsari, qui ordinatam habeant chari[ta]tem, ordinatam justitiam, ordinata[m] humilitatem ne sint nimium justi, ne [ne]quiter humilient. Singulares, hoc [est] solitarios, amantes solitudinis, co[n]temptores mundi, & eorum quæ mu[n]dus amat, quibus mundus sit crucifix[us] seperatos à curis hujus seculi, & à de[si]derijs nocivis, quæ mergunt homines [in] interitum. Tales ergo oportet esse o[m]nes, qui Spiritûs Sancti capaces esse [vo]lunt, & qui Spiritum Sanctum in ling[uis] igneis dispertitum super singulos r[esi]dentem recipere volunt.

FERIA SECVNDA PENTECOSTES

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum, &c.

Ioan. 3.

Sic Deus dilexit mundum.

I. CONsidera ô homo, quomodo Deus Dominus JESUS diligat te. Vis scire quomodo diligit? aspice Sanctissimum Sacramentum, sic dilexit te, ut se in illâ panis & vini specie posuerit propter te. Aspice Sacramentum in manibus, vel tuis, vel Sacerdotis, sic dilexit te, ut in manibus portari voluerit à te propter te, aspice Sacramentum in linguâ, in pectore, in viscere tuo, sic Deus dilexit te, ut usque huc demiserit se propter te. Quantus propter quantum? quo suo commodo? quâ necessitate suâ, quâ vi externâ cogente? quâ dignitate tuâ pellicienle? nil horum invenies, sed unum illud sic Deus dilexit te. O quando & tu aliquid facies eius causâ; eiusmodi

ut & ipse dicat de te : sic homo dilex Deum. Cogita in quo heroicè te Dei ti causâ vincere possis, ut id strenuè omn no in gratiam & amorem JESU præste

2. *Sic Deus dilexit mundum.*

Ne quære quomodo mundum Dei dilexit, Sapientia Dei scire potuit, quip pe, quæ & modum, & mensuram, cau samque amandi mundum non in mun do, sed in se invenit, dicere tamen mo dum illum melius, quàm dixit, non po tuit. Ait ergo sic ; ut Filium daret, pre tiosissimum, maximum, dilectissimu in rebus omnibus dictante etiam natu est Filius. Hunc Deus dedit mundo pr mundo, grande aliquid dicturus Chr stus promisit præmium maximè atte tionis causâ conciliandæ. Sic, ait, qu non convertat animum ad audiendu hoc, Sic ! Quis non velit attendere, qu le & quantum sit istud Sic ! Deus à De quid non divinum, magnum ineffabil inusitatum expectetur. Deus fecit, qu faciet aliquid melius ? Dilexit, quid amor amorem, enevolentiam benevo lentia conciliet ? Si dixisset: Punivit, c horruissemus; cõminatus est, extimuiss

mu

ius, promisit sperâssemus, dilexit dici-
ur, & nondumne amabimus? quid dul-
ius in Deo amore? quid optabilius à
Deo, quam diligi? Sed ecquem dilexit
Deus, & quidem sic? se ipsum fortè, Ver-
um suum, Spiritum suum? nil justius.
it non hoc. Nunquid ergo Angelos, Che-
ubin & Seraphin? Purissimi illi sunt,
anctissimi, Deoque sicut subjectissimi,
ta & charissimi Spiritus. Neque hoc:
quid ergo? mundum, mundum illum
mmundum, illum contemptorem &
nimicum Dei, illum osorem sermonum
ius, illum, qui non dignus (ut ait Pau-
us.) servis eius; Mundum illum idolo-
atram, totum in maligno positum, illum
x concupiscentiâ carnis, concupiscen-
iâ oculorum, & superbiâ vitæ confla-
um; istum, inquit, mundum Deus dilexit
ic, quomodo? quid quæris modum, Deus
dilexit, & modum quæris? si aspicere,
i meminisse eius dixisse Deum, grande
liquid dixisset, non hoc tamen ait, sed
dilexit mundum. Si dixisset, afflixit, pu-
nivit, contempsit, abjecit, damnavit,
tem justam & meritam, & debitam mun-
do dixisset: non hoc tamen ait, sed di-
lexit mundum. Sed nihilominus pergis

quærere; quomodo dilexit, nec solù scire vis, quod dilexerit, & quid dilexerit, sed etiam quomodo, & quantù dilexerit. Equidem magno aliquo modo diligere debuit, ille in quo nil parvum est sed omnia magna, super omnia verò maxima bonitas, & claritas, & misericordia: magnâ ergo dilectione dilexit, qui omnia magna in se habet, quæ habet. Sed adhuc non tibi sufficit scire quod magnâ dilectione dilexerit, vis scire, & quàm magnâ. In Deo dilectio unica est, in quo est simplicissima Natura & omnia identificata, ita ut aut totâ charitate dilexerit aut nullâ, partiri Deus amorem non potest, quia indivisibilem ita habet sicut ipse indivisibilis est, Deus siquidem charitas est: si ergo charitate dilexit, totâ dilexit, & si totâ charitate dilexit, se utique toto dilexit. Quid vis amplius? imò inquis, volo multò amplius non quidem à charitate, sed de charitate istâ: magnum est, quod audio, sed non satis intelligo, & capio quod magnum esse audio, non ergo amplius aliquid, sed clarius desidero. At quid ego clarius dicam, quod ipsa claritas Verbum scilicet, & splendor lucis æter-

rnæ verbo unico expressit, cum ait: Sic ilexit. Sed enim repeto dicta. Dilexit eus charitate suâ mundum totâ non di-idiatâ, & quia charitas Deus est, se ipso ilexit mundum, quem dilexit: si non apis etiam num adjicio verbum. Sic. At oc non capis: solus Deus capit istud Sic, ui hanc Dei erga mundum misericor-issimam dilectionem expressit unico i-o verbo Sic: quod si intelligere vis, ad erbum abi, ut quod dicere voluit, ex-licare etiam dignetur hoc verbum Sic.

3 *Ut Filium suum unigenitum daret.*

At non explicat hunc tamen modum ed effectum, ut ex effectu conjicere pos-emus modum, qui non poteramus ca-ere modum. Quo igitur effectu, quo ructu delexit mundum Deus. Sterile in)eo nil est, & sola bonitas, sola chari-as esse posset? Est in Deo omnipotentia, reavit omnia, est sapientia, gubernat mnia: est intellectus, intelligere facit lurima: est beatitudo; ad finem con-idit omnia, est etiam bonitas & chari-as, quomodo hæc sola in Deo nil faciat? n quo faciunt aliquid omnia. Bonus est

Deus: ergo bene omnia fecit. Amat omnia: ergo omnibus, quæ diligit, benefacit. Amare enim est bene alteri velle porro velle Dei, est posse, posse est facere. Ergo sicut Deus bene vult, facit amat mundum, dilexit mundum: benefecit igitur mundo. At jam quæritur quomodo bene fecit? En jam profert Verbum incarnatum, & sine dubio verum est quod dicit, quoniam ex corde Dei Patris, & ex ore Altissimi prodijt scimus autem in ore Dei veritatem, in corde bonitatem habitare. Audiamus ergo verbum, quod dicit Verbum: Si Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, non ut pereat mundus, alioqui quæ hæc foret dilectio? sed ut salvetur mundus per ipsum, & habeat vitam æternam. Eheu, quæ est dilectio Deus Filium suum unicum, consubstantialem dedit mundo pro mundo, in salutem vitamque æternam mundi. Si dedisset mundo hominem aliquem mirabilem, multũ dedisset, dabat populo Israël Moysen, dabat Josuen, Samsonem, Jeute Gedeonem, Davidem, Samuelem, Salomonem, Prophetas tot, Juditham, Deboram, &c. magna sunt beneficia & afflict.

æ genti gratissima, quia maximè ne-
essaria, sed quid hæc comparata cum
onatione Filij unici? exprobratur Ju-
æis datum manna, divisum mare, aqua
ducta è petrâ, lex in tabulis lapideis,
ca fœderis, erectus Jordanis, reten-
us Sol, præscriptæ cerimoniæ, data ter-
lac & mel fluens, sed quid hæc com-
ratione filij unici donati? si solem Deus
on dedisset, aut ademisset mundo, si aë-
m, si aquam, si ignem, si res alias alio-
ui viles, & postea dedisset, quantum ti-
putares datum beneficium? si cæcus
les natus, si sine manu, sine pede, sine
pillis ipsis, sine supercilijs, unguibus,
tibi darentur, nonne esset benefi-
um ingens in oculis tuis. En Filium
um unicum Deus dedit, non est amor
agnus hic? Sed in quis mundo, & pro
undo datus est, nunquid non tibi etiam
tus est? non vides tantò majorem esse
lectionem Dei, quantò communius be-
eficium est? An putas, quia commune
t, tibi non sufficiet? & quomodo aër
rs mundi, Sol pars Cœli, non maxi-
è communis omnibus tibi etiam suffi-
t? Conditor Solis & aëris Dei Filius tibi
on sufficiet? quin imò stupescimus libe-
rali-

ralitatem effusissimamq; charitatem De
& omnes uno ore, uno corde, totâ vi
nostrâ repetimus istud; Sic Deus dilex
mundum, & me cum mundo, ut Filiu
suum unigenitum daret, non ut perea
sed habeat vitam æternam. Cur non p
tius hac charitate Dei excitamur ad ch
ritatem & dilectionem eius? an motivu
& incitamentum volumus? quod erit
hoc non est, sic Deus dilexit mundur
totas vires suas, sapientia, bonitas D
effudit ad amandum me, nec dum e
motivum satis magnum habeo ad di
gendum te Deus meus. O quomodo eff
giam si tantam negligo aut non capio c
lectionem.

4. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum daret.*

Sic quidem Filius Dei, de Dei er
mundum affectu jure & verè loquitu
sed ex alterâ parte, de mundo erga Deu
affectu vicissim meritò dici posset: S
mundus contempsit Deum, ut Filiu
eius unicum occiderit; audi voce
mundi: Venite circumveniamus justu
quoniam inutilis est nobis, gravis est n-
bis etiam ad videndum: venite inter-
ciam

amus eum: hic est heres, & sicut dixit fcit, nam fecerunt in eo quæcunque oluerunt. Aspice enim JESUM in cruis patibulo suspensum, morte turpissia condemnatum, lege titulum causæ us scriptum. JESUS Nazarenus Rex dæorum. Vide opprobria exprobranım, Filium se Dei fecit, confidit in eo, liberet eum, si vult, sensit hoc ille se Filius Dei, & graviter cum muno expostulans ait. Ego honorifico Paem, vos autem inhonorâstis me. At for: ita olim mundus cum Filio Dei egit, unc autem non sic. Heu me quid si conmiliter? quid si etiam longè improbius? am olim quidem si cognovissent eum, unquam Dominum gloriæ crucifixisent: ideo & ipse Filius Dei dixit: Pater imitte illis, non enim sciunt quid faiunt. Nunc verò quis nostrûm hanc gnorantiæ excusationem habet de peccato, quando omnes quidem credimus n Filium Dei, omnes tamen illum quoidie affigimus cruci? quasi verò ideo sic Deus dilexerit mundum, ut mundus sic detestetur Deum. Sed veniet hora, quando dicetur: Sic Deus Judex justus damnavit ad æterna incendia mundum, &

tunc

tunc omnes inimici Dei videbunt, in quem pupugerunt, & terram lingent. Mutabitur tunc illud, quod nunc in hoc Evangelio Christus dicit: Non enim Deus misit Filium suum in mundum, ut judicet mundum; sed ut mundus salvetur per ipsum. Mutabitur inquam tunc, & mittet Deus Filium suum in mundum, cum virtute & majestate multâ, ut judicet & damnet mundum, mundusque æterno igni, qui paratus est diabolo, adjudicetur per ipsum. O quisquis sapis de hoc mundo ut non sis, cures, ne cum mundo damneris.

5. *Hoc est autem judicium, quia lex venit.*

Si quæris quomodo possis in mundo de mundo non esse, nec cum mundo damnari; ecce vide, quid sit de mundo esse: de mundo est, qui, etsi lux venit in mundum, tamen diligit magis tenebras quàm lucem. Tenebræ sunt peccata, tenebræ sunt propria desideria; tenebræ sunt vana carnis, voluptatum, & sanguinis cura; tenebræ sunt sapientia seculi, amor terrenorum; tenebræ sunt, corpus animæ, terram cœlo, creaturam Deo

ter-

temporalia æternis præferre; tenebræ sunt, magis timere aut diligere hominem quàm Deum, judicia hominum quàm Dei Gloriam, & bona præsentia, quàm gloriam & bona futura æterna: tenebræ sunt, inhiare caducis præsentibus, oblivisci futurorum, mortis, judicij, inferni, cœli: tenebræ sunt, accuratiùs servare præcepta mundi quàm Dei; deníque tenebræ sunt, concupiscentia carnis, oculorum, superbia vitæ. At lux quæ est? Christus, vita doctrinaque Christi, bona agere, mala pati, contemnere terram, cœlum quærere, odisse carnem, spiritu vivere. Jam igitur vis de mundo non esse, lucem tenebris postponere extimesce; sed potiùs ante omnia quærito Regnum Dei & justitiam eius.

Omnis qui malè agit, odit lucem.

Hoc autem quomodo verum est, cùm tam multi sunt, qui gloriantur cùm malè fecerint, & exultent in rebus pessimis, peccatumque suum sicut Sodoma prædicent? quomodo iste odit lucem, qui etiam quærit lucem, & de scelere laudem? Sed tamen stat verbum tuum, ô Veritas increata: sat enim congruam & solidam

assi-

aſſignas aſſertionis tuæ rationem & cau-
ſam, cùm ais, ideo fugere lucem omnes,
qui malè agunt, quia nolunt videri ope-
ra ſua, quoniam mala ſunt, hoc autem
lux facit: nam tenebrarum eſt res con-
fundere, & lucis diſtinguere Itaqu
proprium eſt malè agentium, nolle vi-
deri quòd malè agant: ſiquidem nem
tam malus eſt, ut malus videri velit
ſed cùm eſſe malus velit, (non enim po
teſt malus eſſe niſi volens) quòd tame
talis ſit, videri non vult, adeò, ut etia
cùm prædicat ſuam nequitiam, prædic
illam tanquam bonitatem quandam,
ad laudem ſuam pertinentem, & ita i
hoc ipſo, quòd malus ſit, laudabilis v
deri vult. Quanquam aliqui, ideo ma
ſua opera prædicant, ne videantur eſ
minùs mali quàm ſunt: turpe ſcilicet ſ
bi dicendo, ſi non plenè inſigniterq
mali exiſtimentur, &, ut olim Auguſt
num pudebat non eſſe impudentem, i
ſæpe quidam probro & dedecori ſi
putant, malos ſe ab alijs non puta
adeò ipſos delectat malos eſſe, ut bonu
laudemque putent, videri ſe malos, pr
broſum verò, minùs ſe malos reputa
quo gradu malitiæ, quid deterius e
poſſ

posset, nescio. Aliqui etiam ideo de scelere gloriantur, vel illud narrant alijs; quia hi, quibus narrant, tales sunt, quales & illi, qui narrant; itaque fur furem, mæchus mæchum, non erubescit; nemo enim metuit ab eo talis vel talis videri, quem scit consimilibus moribus & operibus delectari. Atque hæc sunt tria de scelere gloriantium, quorum secundi pessimi, tertij nimiùm mali sunt.

7. *Qui malè agit, odit lucem.*

Omne opus malum, mendacium est; sicut omne opus bonum, veritas est. Unde hîc ait Christus. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, scilicet qui facit bonum. Et de Lucifero alibi dicitur, quòd in veritate non stetit, scilicet in bono. Malum ergo factum, mendacium est; at constat mendacium repugnare luci, quia mentiri est contra mentem, hoc est, contra eam, quam de re habes, notitiam, ire. Aliter etiam, qui malè agit, odit lucem; quia lumini rectæ rationis legisque Divinæ, nec non propriæ conscientiæ repugnat: est enim conscientia & ratio lux, juxta illud: signatum est super nos lumen vultis tui: & est lex Dei lux,

lux ; quia præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Odit etiam, qui malè agit, lucem, scilicet Deum: Deus enim lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ: similiter qui malè agit, odit lucem; qui ad tenebras vadit, tum interiores mentis; omnis enim peccans ignorans, tum exteriores damnationis æternæ; tenebræ enim peccatum sunt & pæna peccati: qui ergo malè agit, odisse lucem convincitur; non enim malum ageret, nisi à bono, scilicet luce, de veritate, & Deo & ratione averteretur. Insuper qui malè agit, odit lucem; scilicet correptionem & monitionem: non vult enim ad eorum notitiam sua opera pervenire, à quibus corripi se posse, si intelligat, metuit. Unde impij vel nollent se à Deo etiam videri, vel putant omnino non videri.

8. *Qui facit veritatem venit ad lucem.*

Quantum bonum est conscientia recta. Qui facit veritatem, venit ad lucem. quid est venire ad lucem? nisi facere veritatem, hoc est, bonitatem. Ipsa veritas lux est, & quis est homo, qui vult esse in luce, faciat veritatem & erit. Ergo

primum

rimum bonum est bonum vitæ, lucem abere in corde, ad lucem accedere, id st, lumen cordis divinum in se augere, semper in luce esse, id est, illustrationius Dei abundare, & lumine divino in mnibus regi. Alterum bonum est, juicium & reprehensionem non habere. i enim cor nostrum (ait S. Joannes) on reprehenderit nos, fiduciam habeius ad Deum: & quis nocebit ei, qui i Deo confidit, qui opera sua Deo proavit quod boni sint, probavit autem ona esse, quia in Deo facta sunt: In Deo nim fieri nil mali potest. Venit ergo ad icem, qui facit veritatem, quia non ietuit in operibus suis inveniri iniquiitem. Unde etiam illi pro minimo est b humano die judicari, qui fert & conentus est, se in divina luce & approbaione versari.

9. *Sic Deus dilexit mundum.*

Quid est, quod Deus diligat & dilerit mundum, nobis autem præcipiat e diligamus eundem? sed rationem esse uto hanc, quia propter has causas Deus iligit mundum, proter quas nobis non st amandus: hoc verò ipsum ideo, quia nostri

nostri & Dei alia est ratio & conditi
Deo enim nihil nocere potest mundu
Deus autem potest mundo prodesse
amore ; at nos nil mundo prosumus
amemus, ille autem nobis obest si am
tur. Itaque Deus mundum dilexit, q
miser est, quia malus, quia nihil e
nobis verò diligendum esse negat, tu
ob jam dicta tria, tum præterea, q
est Dei inimicus, quia hostis noster, q
Deus illum ideo dilexit, ut nos ab eius
more abstraheret : non enim Deus mu
dum propter mundum dilexit, sed pr
pter nos, ut hoc amore provocati, nos
Deum amandum converteremur : si en
Deus amavit propter me mundum, r
scilicet tam vilem, miseram, malam,
ego non amabo Deum supra mundum
mundum propter Deum ? non enim o-
nino Deus vult nos odisse mundum
sed vult nos illum non amare
plus quàm Deus.

***

FERIA TERTIA PENTECOSTES.

Amen Amen dico vobis, qui non intrat per ostium.
Joan. 10.

Veni ut vitam abundantiùs habeant.

stultitia, fabri filius, &c. at ipsis ele
Virtus Dei & sapientia. Hoc granum f
menti cadens in terram seu moriens
mundo in magnam crevit messem, at
lit enim fructum centesimum, sexag
mum, trigesimum, in perfectis, pr
cientibus, & incipientibus, omnes er
isti à fructu frumenti, vini & olei sui
est, Christi, multiplicati sunt. Et C
stus quidem granum frumenti est,
rum nos quid simus? grana frumenti
acervi lolij semen Chanaan, an Juda?

3. *Nisi granum frumenti cadens terram mortuum fuerit.*

Omnis Christianus, potissimum aut
religiosus granum frumenti est, cec
in terram quando ingressus est Ecclesi
& cecidit ut fructum ferat: nemo e
frustra Christianus est, sed ait Chri
ego elegi vos, ut eatis & fructum a
ratis, & non qualem qualem, sed fru

ve

ter maneat,& alibi.Operamini cibum
non perit, sed qui permanet in vi-
æternam. Itaque Christianus omnis
ctum ferre debet, ut afferat. Viam
istus demonstrat,mortem, nisi mor-
s fuerit Christianus,fructum non af-
et: ipse solus manipulos non habet,
horreum cæleste inferre nil potest va-
s in conspectu Dei venit & ideo non
nittitur. Affert mnam sed sine usurâ &
ore, ideo & mna ipsi accipitur, &
ligatus in tenebras mittitur. Tanti
restChristianum fructuosum esse,non
est verò esse nisi moriatur:neq;id ego
uor sed Christus, nisi granum cadens
rtuum fuerit, ipsum solum manet, si
em mortuum fuerit multum fructum
ert: ambigendi igitur locus non est
riChristianum debere,si fructum vult
rre,sed quo mortis genere? ardua res
alato Christianorum non suavis, qui
c mortem ipsos solos monachos de-
putant.CæterumChristum audiamus
entem, nobis enim fortè fides non
eretur, ait igitur qui amat animam
m (primo qui vivit qui mori non
t) perdet eam, fructum non affe-
, fructus enim Christiani est salva-

tio animæ: si hunc fructum non affe[rt] Deo, etsi totum mundum lucreris, nil prodest, qui odit animam, in vitam æte[r]nam custodit eam; hoc est qui moritu[r] qui non parcit animæ suæ, vita æterna dignus: hoc nemo crederet nisi Christ[us] diceret quanquã etsi dicat pauci credu[nt] vide puncta sequentia. Cæterum si ta[n]incumbit necessitas moriendi Christia[nis] omnibus, quantò magis religiosis, in q[ui]bus solis hoc quodammodo repræsen[tat] Christus, quod exigit ab omnibus.

4. *Nisi granum frumenti mortuum fuerit.*

Vide mortis bonum mirabile, si n[on] morieris, solus & sterilis es; si morie[ris] fructum facis: certe si quis grano us[um] rationis det, & quærat ex illo: gran[um] quid mavis fructum ferre an sterile manere, eligeret fructum. Si quæris rum. Ut fructum feras cadens in terr[am] mori debes, alioqui non feres, elig[eret] in terram cadere & mori dummodo [fru]ctum ferre possit. Hoc faceret granu[m] cur non facit Christianus præsertim [cum] in hoc longè sit melior conditio C[hri]stiani quàm grani. Nam granum m[ori]endo ipsum perit etsi fructum facit.

C

[Ch]ristianus moriendo non perit sed na-
[sc]itur potiùs, fructumque facit. Non mo-
[rie]ndo autem & fructum non parit & i-
[psu]m deperditur. Id ita esse, audi Chri-
[stu]m, qui amat animam suam, perdet,
[qui] odit, in vitam æternam custodit il-
[la]m: si autem perdit illam, conservat il-
[la]m. Vides ergo quàm bonum sit Chri-
[stia]no mori, melius etiam quàm grano,
[t]amen grano felicitas & fertilitas est
[a m]orte, Christiano verò à morte & vi-
[ta] & fructus est, ô quàm ergo optare de-
[ber]ent Christiani mortem hanc: fortè
[h]uam ille mortem hanc viderat cum
[dic]ebat: moriatur anima mea morte ju-
[sto]rum: hanc appetebat & ille qui di-
[ce]bat. O amare, ô ire, ô sibi perire &
[ad] Deum pervenire.

5. *Si mortuum fuerit, multum fructum adfert*

Quis est iste fructus quem debet affer-
[re] Christianus, & quem ut afferat mori
[de]bet. Primus fructus est mors ipsa, non
[pa]radoxum est quod loquor, mors Chri-
[sti]ani, fructus, est Christi, quem ille per-
[ce]pit ex Christiano: lege Apostolum
[q]ui dicit Christum ideo mortuum esse,

ut nemo jam sibi vivat, sed mortuus sit vita eius abscondita sit cum Christo Domino, vis exemplum? audi quid Christus dicat post mortem suam Petro, Petre amas me? amo Domine, pasce oves meas, & post pauca sequere me, hoc est si amas me, me sequere, mortuus e[st] sum pro te, similiter tu quoque mori re pro me, hunc mortis meæ per te fructum capiam ex te, ut moriaris propter me. An non fructus Christi mors fuit Stephani ad quem enascentem & maturescentem stetit Christus & accurrit? an non Christi fructus Ignatius Martyr, ille qui de se dixit, frumentum Christi sum dentibus bestiarum molar, ut mundus panis Christi efficiar? an non fructus Christi Laurentius, &c. & fortè ad hoc exprimendum, quod mors Christianorum sit fructus Christi, dictum est in Propheta. Si posuerit (Christus) animam suam pro peccato, semen videbit longævum: quare semen dixit? ut in morte tantum constare ostenderet: semen enim si non moriatur, utile non est, & tota eius utilitas in morte est, unde & longævum dixit, ut illud semen ostenderet de quo in Evangelio Christus dixit. Qui odit animam

nam suam in hoc mundo, in vitam æternam (en semen longævum) custodit eam. Ergo mors Christianorum fructus Christi seu fructus quem Christiani adferunt Christo, mors ipsorum est, quod clarè expressit in hoc Evangelio Christus, qui amat animam suam perdet eam, &c. quare etiam hac de causâ dictum est pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Est enim fructus Sanctorum considerabilis Deo, quod si rationem quæras, quare fructus Christianorum sit in morte, ratio est illa quia etiam fructus Christi fuit in morte. Secunda quia sicut granum quod in terrâ quidem est, & non corrumpitur, spem agricolæ adimit secuturæ segetis, si autem corrumpitur spem eidem facit futuri proventus, ita dum Christianus in hoc mundo propter Christum corrumpitur seu moritur, (morte sive corporali sive spirituali in abnegatione consistente ut infra dicitur) spem facit Christo, quod sicut propter Christum moritur, propter Christum etiam non propter diabolum infernumq; resurget, illa ergo spes fructus nostri est, quem Christo prægustandum damus, quod sicut pro illo mo-

 rimur

rimur, ita etiam pro illo resurgemus
& per mortem & merita eius, in gl
riam eius resurgemus, & beati erimu
Et hic alter fructus est quem Christian
afferre debet Christo, vita scilicet æte
na, hic quidem inchoata per observ
tionem præceptorum, charitatem, gr
tiam, ibi verò completa per beatitu
nem. Non enim sat est mori, sed op
tet & vivere, seu per mortem ad ali
vitam transire: duplex enim vita Ch
stiani est, quæ esse debet Christi fruct
Prima, quam hic debet habere, alt
quam hic debet sperare. Utrumque e
pressit Christus cum ait, qui odit a
mam suam in hoc mundo, in vitam
ternam custodit eam, odium ani
mors est illa, de quâ in primo fru
dixi. Custodia eius, est una vita, v
æterna, est altera vita, illa hic hab
da, ista speranda, clarius, & utra
que vitam Christus expressit in sequ
tibus, cùm ait, qui mihi ministrat
sequatur, hoc est, qui Christianus
meus servus & minister est, mores m
imitetur, hæc est una vita, scilicet
stodia animæ, imitatio Christi, &
ego sum, illic & minister meus erit,

ra vita, præmij scilicet æterni. Hos
os Christianorum fructus expressit
opheta in Psalmo, cùm dixit. Quis
homo qui vult vitam, & diligit dies
ere bonos? declina à malo, & fac
num, &c. Dices, mihi Christus di-
, multum fructum adfert, tu duos
ensuisti? multus fructus est non in
mero, sed in excellentiâ, multi fru-
s sunt hi duo, qui multis æquari va-
t, & multos in se continent. In pri-
o continetur odium peccati, pœniten-
, satisfactio, fuga peccatorum, mor-
catio, abnegatio sui, & quæ ad Pur-
tivam pertinent, omnia bona opera.
secundo omnium exercitatio virtu-
m, totáque Christi imitatio & perfe-
onis vertex continetur, multum pro-
de fructum Christianus afferet, cùm du-
afferet: erit hic fructus centesimus,
sexagesimus, & trigesimus. O si ego
iquando talem fructum afferam, ut
ossim accenseri illorum numero, de
uibus canit Propheta. Euntes ibant &
ebant mittentes semina sua, venientes
item venient cum exultatione portan-
s manipulos suos. His dicet Dominus.
uge serve bone & fidelis super multa te
onstituam. R 4 6. *Qui*

6. *Qui odit animam suam.*

Ecce genus mortis, quo mori omnes Chri-
stiani debent, odio scilicet animæ pr-
priæ. Duplex odium est animæ, sicut
duplex mors eius, & duplex vita ei
Nam anima quælibet aut Deo vivit a
diabolo, si vivit Deo mortua est diabol
Vita quâ anima vivit diabolo, est m
eiusdem, quâ moritur Deo. Vivit aute
vel moritur amore sui anima, quo scilic
quis illã prosequitur juxta Dei & diab
(de ipsâ amandâ) leges, si quis anima
amat juxta leges Dei, odit illam juxta l
ges diaboli, si quis amat animam su
juxta leges diaboli, odit illam juxta le
Dei. Itaq; hinc factum est, ut anima nu
dicatur vivere odio, nunc amore, p
diverso respectu, & eadem actio nu
dicitur odium animæ, nunc amor ei
dem pro diversâ ratione. Amor ani
bonus, Deo placens juxta leges Dei
dinatus, est odium eius respectu leg
diaboli, amor animæ malus juxta le
diaboli, carnis, mundi (omnium e
horum leges eædem, quia Spiritus &
pientia eadem.) ordinatus, est odi
eius respectu legum Dei. Hinc clarè

, quo ſenſu Chriſtus dicat in hoc E-
gelio , qui amat animam ſuam per-
eam , & qui odit animam ſuam in
: mundo, in vitam æternam cuſtodit
n, eſt enim ſenſus. Qui amat animam
m amore juxta diaboli & mundi le-
ordinato , ſine dubio perdet , & in-
ficiet eam. Amor enim iſte noxius
, Deo inimicus , proinde venenoſus,
peſtilens, ita ut iſte verius dici debeat
r & hoſtis animæ ſuæ , quàm ama-
. Contra autem , qui odit animam
m ſecundum ſenſum mundi & diabo-
amat verò ſecundum Deum & leges
is , hic verè animam ſuam cuſtodit ,
ad vitam æternam conſervat , hinc e-
m ultra patet, quo genere mortis mo-
debeant Chriſtiani , ſi volunt Chriſto
ctum afferre , debent ſcilicet mori
xta judicium diaboli, carnis & mundi,
i eos judicant mori , & animas ſuas
iſſe , hoſteſque ſuimet , quicunque
amant non amore juxta diaboli ac
ndi leges ordinato , ſed amore ſecun-
m Dei leges directo. Itaque vivere
cundum leges Dei , eſt mori mundo
diabolo , amare amore Dei animam,
t illam interficere ſecundum diaboli-

eam sapientiam. Est igitur amor, q secundum Deum verus est animæ am & vitæ, secundum mundum veró odium & mors. Et est amor animæ, q secundum Deum est odium potius mors eius, & juxta mundi sapienti est vita & amor eiusdem. In hoc aute Christianorum industria est, videre h jus potissimum leges in amandâ vel diendâ animâ, Dei ne an mundi sequa tur? si sequuntur leges mundi, diabo vivunt non Deo: si sequuntur Dei, D vivunt non diabolo. Ex his jam fac etiam patet tertiò, quid sit granum fr menti cadere in terram, & mori, & fi ctum facere, quid sit odisse animam hoc mundo, & in vitam æternam c stodire illam, si enim contrariam mu di legibus vitam vivis, in terram ce disti, & mortuus es, & fructificas, contrariam Dei legibus vivis, non c cidisti in terram, nec es mortuus, n fructum facis, sed animam amas, & id perdis. Contra leges autem mundi vere quid est, nisi honores fugere, d mare carnem, stringere sensus, jeju re, dare eleemosynas, donare injuri nulli easdem facere, orare, humili

de

se sentire, nulli se æquare ne dum præferre, luxus vestium, ciborumque omnes voluptates superfluas resecare, peccata omnia odisse, vitare, deflere, hic in terram cadere & mori, &c. ita moriebatur Christus imprimis, ita Sancti omnes, præsertim martyres, ita omnes justi, quod vel ad oculum patet considerantibus, atque hoc est cadere in terram, mori, odisse animam, custodire illam, sequi Christum, ministrare Christo, omnia hæc enim eundem sensum habent, etsi diversitate locutionis, aliud sonare videntur.

* * *

IN FESTO ASSVMPTIONI B. VIRGINIS.

Intravit JESVS in quodda[m] Castellum, & mulier, &c. *Luc. 10.*

Intravit IESVS in quoddam Ca[stellum].

1. Considera hoc Castellum esse, v[el] species Sacramentales, vel anima[m] & cor tuum, eandem animam tuam v[el] te ipsum cogita esse Martham, esse Ma[g]dalenam; Christo enim, quem in Sacr[a]mento recipis, debes esse & castellu[m] & Martha & Magdalena: debes esse c[a]stellum, locus scilicet tutus, munitu[s] securus, secretus, tutus à peccatis, m[u]nitus virtutibus, secretus à sæculi cur[is] debes esse Martha ut excipias do[m]Christum, ut sollicitus sis circa freque[ns] ministerium, ut sororem Magdalena[m] habeas, de eiusque quiete conquerar[i]. Domo excipis cum te gratiâ eius fac[is] dignu[m]

gnum, satagis circa ministerium, dum nil eorum quibus Christo pascere possi, de sorore conquereris, dum contemplationis quietem labore circa proximorum profectum interrumpis. Magdalena seu MARIA esse debes, ut sedens secus pedes JESU audias Verbum s. Ut optimam partem eligas, secus des Verbum audis, dum contemplatio studia temporaque multiplicas; optimam partem eligis dum inter ea ipsa, e Christo placita sunt, id quod pertius est, eligis. O mi JESU tale castellum tibi faciam ita sicut Martha propter fatigata cum MARIA à pedibus tuis n recedam.

2. *Intravit JESUS in quoddam castellum.*

quid festo cum Evangelio? MARIA coelum abijt, Christus castellum invit quae connexio? Christus MARIAM coelo excepit, & à Marthâ ipse eptus legitur: studium coelestium ntium in honoranda Virgine recoli, & querela Marthae de MARIA narra: non dedecet tamen lectio istam festivitatem hodiernam, siquidem festum

de

de prœmio eſt, Evangelium de merit
Lectio dicit quid MARIA fecit, feſtu
oſtendit quid accepit. Excipit B. Vir
domo JESUM Marthæ & MARIÆ offi
um Chriſto impendit, excipit hodie J
SUS B. Virginem cœlo, & Marthæ M
RIÆ q;, hoc eſt, vitæ activæ conte
plativæque perfectè actæ prœmium
ſtendit. Carnem MARIA Chriſto, Ch
ſtus MARIÆ beatitudinem contulit,
Virginem venit Chriſtus in terram,
Chriſtum aſſumitur in cœlum, uſque
uterum Virginis Chriſtus deſcendit,
que ad thronum Chriſti Virgo aſſum
eſt: optimam humani generis port
nem B. Virgo Chriſto communicavit
quam à Chriſto relinquendam, optim
hodie & illa beatitudinis partem à Ch
ſto recepit, quæ non auferetur ab
Servit ergo hoc Evangelium feſto
dierno.

3. *MARIA optimam partem ele*

MARIA Virgo in omnibus re
optimam partem elegit, optimam in
turâ, optimam in dono, optiman
merito. Nam Virginis Sanctiſſimæ N
turales dotes erant perfectiſſimæ, ut p

cujus constititutione naturaliter, nul-
s effectus originalis peccati fuerit nul-
s in intellectu defectus, nulla in vo-
ntate malitia, nulla in passionibus pu-
a, nullus fomitis sensus, nulli dolo-
s corporis seu ægritudines; dona à
eo Virgini data tam gratis data, quam
atum hominem facientia, maxima fuê-
, nomine optimæ partis nuncupanda.
sunt caruisse originali peccato, gratiâ
natam fuisse in conceptionis instanti,
quidem gratiâ omnibus gratijs, quæ
t creaturæ puræ datæ, majore: usum
ionis habuisse ab eodem instanti, in
atrem Dei electam esse; merita etiam
rginis optimæ nota sunt: juxta men-
am enim gratiæ meritorum est ex-
lentia, ac in Virgine gratia excellen-
ima, ergo & merita. De gratia MA-
Æ nemo ambigit, qui Matrem DEI
dit fuisse, & quid sit Matrem fuisse
i, novit; actus meritorij apud Beatis-
iam Virginem fuere innumeri, imò
ius vitæ omnes actus, ipsius etiam
nni, si ergo in gratia omnes creatu-
vicit, & opera tot in gratiâ fecit, quo-
odo non etiam omnes in meritis ex-
sit? excessit sine dubio & dictum est,
de-

de illâ illud Proverb:31. Date ei de fruc
manuum suarum, & laudent eam in pc
tis opera eius. Laudent, hoc est,
ciant laudabilem, conspicuam & om
bus cœlorum incolis admirationis
prædicationis materiam, ita ut coga
tur dicere, multæ filiæ congregaveru
sibi divitias, sed tu supergressa es u
versas, & impletum sit in Virgine, qu
dicitur de Sabbâ, quasi veniens ad Sa
monem attulerit aromata in Jerusale
& aurum infinitum nimis & gemmas p
tiosas. Non sunt (additur ibidem al
ta tam multa aromata 3. Reg: cap.
prœmium deniq; B. Virginis, scilicet g
ria est in cœlo sublimissima: sequi
enim mensura gloriæ gratiarum & me
torum copiam. Gloriæ Virgineæ exc
lentiam agnoscere, exprimere, assig
re, solus Deus potest, idque alijs
plicare: quod ostendit ipse Deus, sic
Job loquens: Nunquid ostendit aur
locum tuum? Quod Bonaventura in s
culo B. Virginis cap:9 explicat de B. V
gine, dicens, (non ad te, ô homo p
tinet, ostendere auroræ MARIÆ loc
suum in cœlo sed ad me, id est,
Deum, benè autem dicit, suum, id

app

propriando, & ab alijs discernendo) rig: cap:20. Serm: Ang: in revel: di-, animam B. Virginis accepisse à Deo ius mundi Dominium æternaliter, e-m Angelorum. (qui postmodum, ita edientes Virgini effecti sunt, quod nes inferni pœnas libentiùs sustine-t, quàm aliquibus suis præceptis in quo contradicerent) Verè ergò opti-m partem elegit MARIA. Nos autem omodo optimam partem eligemus? mpè curando eadem illa quatuor, ut àm optimam habeamus, scilicet, na-am subjiciendo, gratiam diligentis-e quærendo, merita frequentissimè ferventissimè locupletando, gloriam cœlo quàm maximam appetendo; vel cet, optimam partem eligamus, MA-AM nobis ad specialem perpetuumq; tum nostrum & patrocinium assu-endo, ut nihil in vitâ curemus specia-s, quàm hoc, ut B. Virginis honorem ud nos apudque alios promoveamus. de Spinellum cap:12.

4. *Martha satagebat circa fre-quens ministerium.*

Dixit Christus ibi futurum ministrum suum,

suum, ubi ipse esset: quod si ita est, co
sequens est, ut quantò quis propri
Christi minister est, tantò perfecti
Christo in cœlo conjungatur: si qu
ergo supra omnes Christo ministrasse i
veniatur, certum est, istum Christo
cœlis conjunctiorem cæteris omnib
esse debere. Jam ergo cum extra co
troversiam sit ista, ultra videndu
est, an B. Virgo supra omnes Chri
ministraverit; & quidem id hac ipsâ
tione declaratur. Si enim MARIA f
Christi Mater, Matrum autem curâ
filios nil majus, quod potuit majus f
dium esse alicujus creaturæ in Christi
illô studiô, quo illi B. Virgo, Mater
lis & tanti filij ministravit? August c
tè 1. de Assumpt: Virg: 7. & 8. MARIA
operis exhibitione, & filij rigidissi
veritate, ministram Christi fuisse c
tendit; absque dubio enim, ait, on
operi ministratrix extitit, quæ hunc
utero gessit, partuque profusum al
& fovit. Guaricus verò serm: de Assur
sic Christum Virgini loquentem fa
Nullus mihi plus ministravit in hu
litate meâ, nulli abundantius volo
nistrare in gloriâ meâ, nec satis vid
gl

rificatus , donec tu glorificeris S. nard Polum Christo , stellam pola- , Virgini comparat ; Circumit illa per polum , & est altissima inter stel- , soloque polo inferior , illi tamen inissima; siquidem ergo B. Virgo Chri- plurimum servivit , plurimum con- uenter est illi conjuncta.

5. *Martha satagebat circa fre- quens ministerium.*

Christus in die judicij dicit se miseri- rdiæ operibus prœmium cœleste red- urum , illis videlicet , quæ eius fra- bus impenduntur propter ipsum. At- i MARIA, ipsi in eius personâ Christo ia opera exercuit & impedit ipsa, uti- e ergo præ cunctis cœlum obtinuit , oniam præ cunctis Christo magis ser- vit, Maxima igitur Virginis in Christo sericordia, maximam reportat in cœ- Christi erga Virginem gloriæ abun- ntiam. Magnitudo misericordiæ ex atuor cernitur , ita , ut illa censeatur ajor misericordia , quàm alia ; prima æ sit ex majori in Deum proximum- e charitate ; omne enim quod datur, dantis mente pensatur. 2. Quæ sit di-

gniori

gniori indigenti, nisi indignior sit il pauperior; quòd si pares justus præst injusto. Hinc D. Thomas in 4. dest: ca 15. q. 2. a.6. qualia 3. melioribus vult ii pendi semper eleemosynam cæteris p ribus. 3. Misericordia, seu eleemos na, quæ plus utilitatis confert paup ri & egenti, melior illa, quæ nunqua 4. Quæ fit non ex his solùm, quæ no superfluunt, sed quæ fit alioqui nobis necessarijs, quomodo Christus Luc: victum suum viduam mittentem, scili æra minuta duo in gasophylacium p omnibus dedisse pronunciavit. Hæ q tuor conditiones, in maximas B. V ginis erga Christum misericordias, patet quadrant, maximam ergo mise cordiam Virgo consecuta est in cœl Christo, quæ maximam exhibuit in t rà Christo. Rectè igitur S. Ansel: hom Evang. hodiernum (Virgo, ait, r quemlibet ex minimis, sed summum I filium hospitem, non in domo, sed utero, suscepit, nudum carne, & eti pannis operuit, esurientem pavit, entem lacte potavit, infirmum, per fantiam & jacentem non solùm visita sed etiam balneando, fovendo, gest

do

frequentavit, ut meritò de eâ dica-
Martha satagebat circa frequens mi-
erium, comprehenso & crucifixo,
si in carcere posito, affuit, sicut scri-
n est: stabat juxta crucem JESU Ma-
ius. Bernard: autem serm: signum
num B. Virginem, sic ait, in cœlo
tam veste divinitatis, sicut ab illâ
stus est veste indutus humanitatis;
e manet, (in carne tuâ abs te acce-
& tu in eo; vestis eum, & vestiris
, vestis eum substantiâ carnis, &
t ille te gloriâ suæ majestatis, vestis
n, & sole ipsa vestiris. Denique &
navit eum, & vicissim meruit ab eo
nari. Spinellus cap. 12. num: 3. & 7.

. Considera quare B. Virgo assum-
t cum corpore ad cœlum. Causa 1.
Quia est Christi Mater. Christus in
esset, & Matrem suam ... non ha-
? 2. Quia maxime conjunctæ ra-
s erant Christi & MARIÆ in hac
est enim nexus filij & Matris, quo
omnes alij complectuntur, virgi-
sanguinis dati & accepti, subjectio
d Matrem, cura Matris de filij ne-
atibus, dolor unius de alterius ma-
lis

lis maximus, utpote ex maximâ af-
ctione procedens, quis enim potuit m-
gis affici in morte Christi, quàm Mate-
gaudia mutua de mutuis successibus, &
maximè ergo & post hanc vitam del-
bant conjuncti esse, Christus autem cu-
Deus sit, justus est, cum sit filius pa-
& honorem Matris amat, & curat; qu-
modo enim non puderet Christum
cœlo carnem habere de Matre su-
ptam, dicique & appellari filium,
que tamen carnem illam, de qua sum-
suam habere in cœlo, & videre cor-
ptam esse carnem Matris suæ in sep-
chro, cujus partem ipse gestaret in c-
lo, vocarique filius, & Matrem non
bere in cœlo. 3. Quia Mater non
bebat dignum conversationis suæ
cum in terrâ; ubi enim esset humilis
ter superbos Virgo? inter corrupto-
& corruptos? pudica inter inter im-
ros? Mater Christi inter hostes Chr-
& matres diaboli? & esto non fuiss-
tales in mundo, fuissent omnes Sa-
sicut Apostoli, tamen hic mundus c-
versatione Virginis dignus non es-
Nam si Apostolus ait; Viris San-
mundum dignum non fuisse, quomo-
Ma-

re Dei esse potuisset? propterea illa
ior Sanctis omnibus cum foret, cel-
em etiam locum, Sanctorum loco me-
itur: Sic enim Salomone ad regnum
cto, sola Mater eius (etsi aliæ Ma-
Salomonis fratrum essent) evecta
id thronum eius, & juxta illum col-
ita. 4. Quia volebat Matrem suam
gis honorari, magisque desiderari ho-
ari quidem ab Angelis, desiderari ab
ninibus, ij siquidem honorant ma-
è Dei Matrem, qui norunt, quid sit
Mater, tales autem sunt Angeli,
a hi noverunt, quid sit Deus; homi-
n porro hic est mos, ut non agno-
it bonum, nec æstiment, nisi amis-
i. 5. Quia volebat pretium Matris
valoremque ostendere. Res enim
caræ & magni pretij putantur, quæ
uratè in loco tuto, illustri, pretio-
ab illis qui Sapientiâ pollent & re-
n æstimatione, asservantur, & ita qui-
n asservantur, ut nulla etiam vilior
ninima pars eius facile uspiam obvio
ô relinquatur: sic pretiosa putantur
pora cœlestia, quia altissimo loco à
urâ diligentiùs esse recondita viden-
, quod si duce naturâ reveremur &
æsti-

æstimamus ea, quæ ipsa natura ostend
se æstimare, quantò id magis fieri deb
& decet in ijs rebus, quas ipse Deus
bi caras & pretiosas esse ostendit, sic a
Domini statim in honore apud Phi
steos esse cepit, ut primum Deus, qua
ti arcam illam æstimaret, miraculis d
claravit. 1. Reg: sic & Alexander, qua
ti faceret Homeri carmina, ostend
quando in pretiosissimo Darij pharm
cotecio Illiadem eius servavit. 6. Q
ostendere volebat, quantum apud
Mater sua posset, & quantæ authori
tis esset, ostenderat id quidem, quan
non prius incarnari, quàm hæc Vir
nata esset, imò, quàm illa consensi
præbuisset, voluit, ipsâ verò conse
tiente statim incarnationis mysteri
executus est: ostenderat etiam quan
salutem, & bona omnia precante M
RIA, cognatæ suæ Elisabethæ, ut v
ritas verborum MARIÆ salutantis n
solùm in affectu, sed etiam in effe
staret, effecit, & non solùm Matr
Spiritu Sancto, sed etiam filium Jo
nem in utero gratiâ suâ replevit: oste
derat & in templo cum ad vocem ei
templum, & Doctores, & ipsum F
tre

n cœlestem reliquit, ipsi autem sub-
us factus est, & in Nazareth abijt,
enderat in Canâ Galilææ, quando
m extra horam suam miracula edi-
ostenderat deniq; & in cruce quan-
ipse ab omnibus destitutus, Matrem
ien suâ curâ non destituit, sed eam
nni affectu filiali commisit, quæ qui-
n Joannis cura Virgini non parum
nmodavit; quia ut habetur cap:49.
el: S.Gertr: B.Virgo obsequijs & cu-
S.Joannis adjuta, plurimis bonis &
ritis liberius ipso providente potuit
are in omni vitâ suâ, adeò, ut eo
nomine S. Joanni peculiaris à Chri-
Domino gratia concessa sit, sed ta-
n post tot ostensiones viderat Deus
um aut nihil cognosci valorem & au-
ritatem Matris suæ apud se; voluit
dem hoc ostendere descendendo ad
m de cœlo, eamque cum corpore
nimâ assumere in cœlum, & ibi al-
mo loco gloriæ super omnes creatu-
eam collocare, & statuere, & hac
mirum ratione nobis, quàm luculen-
imè demonstrare, nullam ex puris
aturis rem esse tam sibi caram, tam
tiosam, tantæ apud se authoritatis,

quàm MARIAM, quo tandem omnes i
quibus non esset tantum fiduciæ, ut p
se ipsi ad Deum accedere auderent, a
hunc thronum gratiarum Dei, & ha
fœderis arcam, ad hunc agrum miser
tionibus Dei consitum, & plenum, a
hanc refugij civitatem, ad hanc cœli f
nestram, ad hanc Christi thesaurariam
ad hanc vitæ arborem, ad hanc medi
tricem, ad hanc cœli portam, ad h
universæ terræ propitiatorium, ad ha
consolationis Virgam, ad hoc Sancti
mæ Trinitatis triclinium, audaces,
dentes, prompti accurrant, consola
ditati, Sancti redeant. O, quibus te c
lebrabimus laudibus misericordiæ Pat
pro hac miserationum Matre? pro h
pietatis fonte, pro hoc gratiarum m
nobis proposito, ut ad te tutius, citi
fidelius, accurrere possimus? O, q
ad te divina Mater, vitæ vena, coll
Ecclesiæ, thesauraria Trinitatis, om
um arbitra, festinabimus, accurrem
que fiduciâ, quâ te prosequemur dev
tione, quo filiali affectu complecten
divina Mater! Ex illo alto majestati
potestatis tuæ vertice respice ad n
protege nos, guberna nos, ad salutis p
tum deduc nos.

7. Co

'. Considera B. Virginem tertio
dormitionem suam die à Christo
nino, Angelis, Potestatibus stipato,
itatam, & Beatissimam illam animam
ocentissimæ integerrimæq; carni re-
iam fuisse, statimque è sepulchro,
natâ jam carne eductâ, claritatem,
rruptibilitatem, impassibilitatem,
itatem, eidem contulisse. Viderunt
tunc Angeli beatique Spiritus, &
m adorantes Beatissimam prædica-
int: Christus autem filius laudavit
. Tu quoque anima mea lauda, &
ulare Virgini istam prærogativam,
eris Sanctis, non nisi in die judicij
ferendam. Sic suscitata per filium
gine, inchoata est assumptio eius in
um, ut ponatur humilis in sublimi,
ncilla, fiat Regina. Mater Dei, fiat
nina mundi; Præeunt, comitantur,
iuntur Angeli, laudes, & Deo, qui
ores Matris ita coronat, & Matri,
tantis meritorum delicijs affluens
ndit, concinunt. Augusta verò Ma-
Cherubinis Seraphinisque subjecta
er dilectum filium innixa graditur in
ltitudine pulchritudinis suæ, pene-
isque cœlos Patri æterno præsenta-

tur, à quo, ut filia cariſſima, except
inexcogitabile eſt quid audierit, quæ
dona acceperit. Hic enim jam Sanctiſſi
Virgo, flos humani generis, in cœ
& terræ Reginam coronatur, poſuit P
ter æternus lunam ſub pedibus eiu
quia omnem illi creaturam ſubjecit, v
ſtivit eam filius ſole, quia omnem gl
riam & ſplendorem ſuum in eam redu
dare fecit, Spiritus, coronam ſtellaru
12. impoſuit, & omnium Sanctorum p
vilegijs caput eius circumcinxit, da
illi ſunt Patriarcharum benedictione
privilegia Prophetarum, Apoſtoloru
charitates, omnium martyrum forti
do, &c. & ſic amplificata eſt; & aſti
tanquam Regina à dextris filij in veſt
deaurato, omni varietate circumda
moxque illam omnes Sanctorum & A
changelorum chori prædicarunt, & h
noribus ſpecialibus proſecuti ſunt, b
nedixerunt illi Patriarchæ, Prophe
&c. benedixerunt Angeli, Archang
virtutes, &c. Tota denique curia cœ
ſtis, cujus imitatione, & in terris,
omni generatione benedicitur, & c
tur, & amatur. Primum quidem univ
ſalis Eccleſia militans totam ſe impe

s venerationi, agnoſcit enim illam super omnes creaturas à Deo ama- , Deo proximam, Dei Matrem, noſcit illam Matrem eſſe omnium, ginam & Dominam mundi, omnibus tutibus inſtructam, plenam donis, de te noſtrâ ſollicitiſſimam, agnoſcit m collum ſuum, per quod à capite riſto, omnis gratia Eccleſiæ deſcen- ,murum ſuum, contra omnes impe- diaboli, honorem ſuum,quo natura mana in magnam dignitatem extolli- , & propter illam,plus quàm omnes gelos & Sanctos veneratur, crebrio- feſta agit,frequentius invocat O,cre- t hic tuus, ô Virgo Beata honor in iverſali Eccleſiâ! ut,& ipſa etiam per s preces in numero virtuteque cre- t. Ab univerſali Eccleſiâ particulares ltum Virginis diſcunt: nulla congre- tio eſt, nulla religio, nullus piorum tus, qui non ſpecialiter huic Virgini dictus ſit, patrocinio ſe det, & diſci- inam ſuam ſervet. Mater magna ſerva eligionem notam N. tuis ſine dubio ſpicijs natam, altam, adultam, Ec- eſiæ conceſſam, eam in omnibus diffi- ltatibus protege,ab omni malo, præ-

 ſertim

ſertim diſſolutionis & laxitatis in diſ plinâ, defende, impetra illi Sanctos, d ctos, ſanos, quàm plurimos, &c, Ex u verſalis Eccleſiæ particulariumque c tuum magiſterio didicere reliqui qu omnes homines Virginis cultum, nu eſt vivens Chriſtiana anima non ſpi tualiter in honorem Virginis propen nemo tam impurus, nulla tam impudi ut non ad Virgineum honorem, cultu que feſtinet, juſti & peccatores e colunt, quo Sanctiores, eò magis ei dicti; quo iniquiores, eò magis tot in eâ ſpem deſigunt. O Mater! per ill gloriam, quâ hodie à Patre, Filio, S ritu Sancto, glorificata es, per illas la des, quibus te omnes hodie ordines Sa ctorum prædicarunt, per iſtos honor quibus te omnis Eccleſia & omnes hor nes venerantur, per hanc diem felici tis tuæ, in quâ tibi quidem Deus, ego tem Deo in poſſeſſionem conceſſi, tu gaudium Domini intraſti, ego autem I ligionis membrũ factus ſum, impetra hi inſignem erga te devotionis affe ctum, nec non Sanctam in Religionis, vitam & perſeverantiam.

IN FESTO BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

ijt JESVS in montem orare, & erat pernoctans. *Luc: 2.*

Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

COnsidera officium Christi Domini, quod in Sanctissimo Sacramento ercet, scilicet virtutem ex se emitte- & omnes sanare, cæterùm, non unius ieris virtutem Christus ex se emittit, in omnes eandem, sed pro cujusque essitate & dispositione proportiona-n. Hinc videas inter hos, qui fre-enter communicant, magnam esse va-tatem, cum alij proficiant insigniter, j paulo tardius, alij in hac virtute, j in illa, ille post omnes factus humi-r, iste ad obediendum factus prom-or, ille solus paupertatis, hic man-etudinis, iste mortificationes hausit, e jam linguam arctius premit, hic in

 aspe-

aspectu parcior, hic judicium suum cilius submittit, iste aliorum facta di dicare ac reprehendere jam cavet, & Unde hæc istis omnia? Virtus scilicet illo Sacramento & Sacramenti inc JESU Christo exijt, & sanavit omn Tu ergo hæc duo recogita. 1. Sanct simum Sacramentum esse quandam ap thecarinā officinam speciebus specio simis meritorum, virtutum, donoru que JESU Christi refertissimam, exp tam verò omnibus necessitatem hab tibus, uti volentibus, ad id se præpar tibus. 2. Te ipsum recogita, & in mnes partes seriò dispice, quânam t dem in toto te, necessitate, egestate, firmitate, imperfectione, defectuq; p maris, horumque omnium catalo confectô, ex Sanctissimi Sacramenti a thecâ supplementum accipe. O JES qui descendens de monte illo gloriæ stetisti in hoc loco campestri sub spe bus Sacramentalibus, & te omnibus stris languoribus infirmitatibusque dicum exposuisti, en me inprimis n tis modis infirmum sana, virtu tem ex te mitte, ut postmo- dum glorificem te-

Exiit IESUS in montem orare.

Considera cur Christus Dominus
ic circumstantiam montis in oratione
adhibuerit. Volebat ille ostendere.
Sicut ascensum montis, ita oratio-
negotium esse laboriosum, & sine
ntentione non obtineri. 2. vole-
& ostendere ita orationis opus emi
e & præstare cæteris hominis actio-
ius, prout mons præstat & eminet alijs
rarum inferioribus partibus. 3. O-
ndebat qualis debeat esse habitus &
tus animæ in ijs, qui Deum orare vo-
it, debent enim animo esse excelso,
sicut mons elevato. 1. Per fiduci-
in Deum, juxta illud: Qui confidunt
Domino, sicut mons Sion. 2. Per
ctam intentionem. 3. Per mentis
omnibus terrenis avocationem, in
umq; Deum translationem. 4. O-
ndebat eum, qui orat debere esse im-
obilem sicut mons, ut constans & quie-
s sit in oratione, agatque cum Deo re-
renter. 5. Ostendere volebat, de-
re esse orantem perseverantiâ prædi-
m, quod etiam ad immobilitatem per-
et. 6. Ostendebat orantem debere
se charitate præditum, ut nō solum pro

se oret, sed etiam pro alijs sicut monti non solum sibi imbrem, sed etiam ali excipiũt planioribus locis. 7. Ostei debat raros esse, qui orationis studio i tenti sint, & delectantur, donoq; hoc fri antur eô modô, quô rari sint montes, v quomodo rari subintrare conãtur mo tes, in ijsq; hærere. 8. Ostendebat, qu bus potissimum sit ad orationis auxil recurrendum, inque oratione etiam pe noctandum, ijs scilicet qui sunt in mor te, qui alijs præsunt; Debent enim es velut montes pacem populo suscipier tes, sunt expositi omnium oculis & ho stium jaculis, omnium cura ipsis & pr tectio, tanquam superiori loco, incum bit, his autem sufficientes non sunt ni à Deo adjuventur, adjumenta verò ist non nisi oratione obtinentur, ex quo e tiam sequitur maximè orandum esse pr ijs, qui sunt in montibus positi, si enir cadunt, graviùs quàm in plano cadunt, non sibi tantùm cadunt, sed ruinâ su multos involvunt: hinc Paulus jube primum omnium fieri postulationes pr his, qui in sublimitate sunt constituti, ideo Christus oraturus pro montibu scilicet, mons etiam ipse in oratione pe noctavit.

3. E

Et erat pernoctans in oratione Dei.

Christus negotium magni momenti
erfecturus, hoc est, Ecclesiæ suæ Magi-
ros & Principes 12. Apostolos designa-
rus, orationem longam exactamque
præmittere voluit, ut nos ex hoc eius
cto disceremus, nihil omnino ma-
num parvumque aggredi, quod non an-
Deo in oratione commendemus, i-
m, ut non ante labores circa aliorum
lutem auspicemur, antequam ob eam
em in oratione Dei, si non pernocte-
us, at saltem aliquanto tempore perse-
eremus; denique, ut, ubi aliquantum
peræ in conversatione posuimus cum
ijs, ad nos etiam ipsos redeamus, &
obismet prospiciamus novasque vires
l laborem novum, per orationem,
llectionem, virtutum & mortifica-
onum exercitationem de cœlo posca-
us.

. *Erat prenoctans in oratione Dei.*

Considera quanta hæc confusio tua in
hristi præsenti facto, pernoctat ille in o-
tione, in cujus manu est, cum voluerit
mnia posse, tu verò quàm rarus es in

oratione, quàm segnis, quàm distractus, quàm brevis & desultorius, quoties te, non inquam pernoctasse, sed unam horam in oratione Dei prout decuit, consumpsisse meministi? at vides JESUM in eâ pernoctare, viros etiam Sanctos scis in hoc exercitij genere libentissime solito occupari, legis quosdam dicere solito illam orationem, meditationem, contemplationem, esse optimam, quæ esset longissima. Legis alios paratos fuisse potius omnem doctrinam, quam habebant ingentem amittere, quàm quotidianam orationis horam, vel semel omittere. O quàm tu longè ab orationis isto amore & fervore, & studio & frequenter abes.

§. 5. *Erat pernoctans in oratione Dei.*

Considera quare dicatur oratio Dei. 1. Quia est opus proprium virorum Dei. 2. Quia donum orandi est donum Dei. 3. Quia est gratissimum Deo. 4. Quia hominem sibi deditum facit potentem contra Deum, ita ut homo oratione vim faciat Deo. 5. Quia est conversatio & familiaritas intima hominis & Dei. 6. Quia orat

ommunicantur proprietates Dei, ut scientia futurorum, notitia practica ndorum, vitandorum, puritas men. spirituum dicretio, protectio in nibus, vis contra hostes visibiles, isibiles, miraculorum donum, intertatio sermonum, &c. 7. Quia a oratio dependet à Deo, seu à fiduhominis in Deum, dependet ergo tio à Deo, in origine scilicet, fide, & divinâ, dependet in affectu, quia id od petitur, ut fiat, à Deo petitur; si en ab alio fieri posset, Deus non oraur. 8. Quia oratio ita debet fieficut opus Dei est, ut in oculis Dei.

6. *Elegit duodecim Apostolos.*

Magnum opus, & ideo meritò in oione pernoctavit, antequam illud pert: quid enim fecit Apostolos eligen & designando, elegit fundamenta Ecsiæ, elegit magistros gentium, constit 12. soles mundi, 12. tubas Evange, 12. Patriarchas Israëlis, 12. Moy& Aarones, qui ducturi essent Hebræex Ægypto per mare rubrum & detum in promissionis terram, 12. bos æneos ob fortitudinem & soni cha-

rita-

ritatem, qui araturi & culturi essent nc
vale novum Ecclesiæ ex gentibus, q
mare Baptismi Christiani in quatuc
mundi partes delaturi, in eoque omne
mundum abluturi, & ad vitæ novitate
sicut modo genitos infantes, omnes h
mines traducturi essent. Elegit 12. fo
tes de quibus Exod: cap:15.27. ad qu
filij Israël populus scilicet Christi trans
re de Marâ debuit, loco scilicet aqu
amaras & imputabiles, legem scilicet in
portabilem habente. Elegit 12. viros e
ploratores terræ promissionis Josve
Elegit 12. præfectos, 3. Reg: cap: 4.
instar illorum quos Salomon habeba
super omnem Israël, qui præbebant ar
nonam Regi & domui eius. Elegit 1
portas cœlestis Jerusalem Apoc:12. 1. lo
co sui ut doctrina scilicet fidei & moru
in successoribus maneret, qui etiam co
roboraverunt Jacob & redamarunt se i
fide virtutis. Elegit 12. Exercitus duce
12. tormenta bellica magna & arietanti
vertentiaque idololatriam omnem, o
mnem Sapientiam humanam, omne
tyrannidem. Elegit 12. cœlos, quibus te
gimur, quorum influentijs vegetamur. E
legit 12. petras, ex quibus erat altare ex

struen

struendum sumptas ex Jordane, Aposto- enim mundo tanquam altaria & aræ Christum exhibere adorandum. Elegit . leones throni Salomonis, 12. propo- sitionis panes, quia illi refecerunt mun- dum veritatis pane. Denique 12. lapides pretiosi rationales, quia hi ut gemmæ Ecclesiam ornant. Quantum enim ful- get in Ecclesiæ veste Petrus, quantum Joannes, quantum Bartholomæus, &c. quæ pro his Christo grates!

. *Stetit in loco campestri & turba Discipulorum.*

Christus qui elegit Apostolos in mō- , stetit jam in campestri, tum, ut o- nderet Apostolis, non propter illos os, sed propter humanum in campis antium salutem & doctrinam esse con- utos, tum, ut ostenderet Ecclesiam m jam tunc in Apostolis fundari cæ- , non esse inaccessibilem, sed omnibus, venire velint, patentem: nam etsi catur alibi civitas supra montem, quia expugnari non potest, est in plano, quia nullum hominum genus excludit.

***

5. Et

8. Et multitudo, &c. qui venerant, ut audirent & sanarentur.

En duæ causæ, ob quas Apostoli electi, & Ecclesia instituta, scilicet doctrina veritatis, & animarum salus, seu emendatio morum: hæc enim duo Christus ut præstaret, tum ipse venit, tum Apostolos instituit, tum Ecclesiam fundavit, & fundatam conservat, neutrum horum ab Ecclesiâ omnino seperari potest, etsi ab eo, qui in Ecclesiâ est, separari unum ab alio potest. Ecclesia quæ fidem bonam habet, mores autẽ doctrinamq́ue morum non habet sanam, Ecclesia non est; homo qui bene credit, sed malè vivit, in Ecclesiâ est, sed malus est; membrum Ecclesiæ est, sed mortuum: qui non bene credit, etsi sibi bene vivere videtur, in Ecclesiâ non est, nec bonus est: impossibile enim est sine fide Deo placere, & hoc est discrimen veræ Ecclesiæ & à falsis, quæ solam fidem crepant, morum & vitæ justitiam bonaq́ue opera excludunt: homo & intellectu errabat & in voluntate malus erat, in utroque Christus medicinam fecit, utriusque mali curationem in Ecclesiâ reliquit

quidni

quidni igitur utrumque ab omnibus exigi.

Turba quærebat eum tangere, quia virtus ex illo exibat.

Nomine Virtutis certum est, hic intelligi potentiam miraculorum, quam Christus habebat & promebat. Certum etiam varijs modis Christum sanasse infirmos, certum insuper non quoslibet, qui Christum tetigissent, sanitatem accepisse, nec quemlibet alienum contactum virtutem sanativam elicuisse. Legimus enim quod turbæ Christum comprimerent, & tamen sola Hęmorogissa fimbriam tangens, sanata sit; quis ergo ille contactus est, qui ex Christo Virtutem elicit? alia est virtus sanans morbos animæ, alia sanans morbos corporis: consequenter, alij sunt contactus elicientes à Christo Virtutem sanativam animæ, alij elicientes sanativam corporis. Tangebat pedes Christi Magdalena, & elicuit sanitatem animæ in corpore, sororum Simonis sanavit in corpore, non autem in animâ, quia fortè non egebat, siquidem fortè in gratiâ Dei erat, contactus ergo virtutem corpora sanantem elici-

eliciens à Christo, erat fides in Christum & magna. Contactus, virtutem anima sanantem eliciens, debet esse charitas pœnitentia, devotio, sanitas animarum gratia sanctificans est. Habes charitatem anima mea, si vis, consequere à Christ sanitatem, pulcher iste contactus est, qu Christus non solum tangitur sed etiam si ipsi fides, vulneratur. O vulnera am ris, grata Christo, salubria mihi, qua do vos discam.

IN FESTO NATIVITATI B. V. MARIÆ.

Liber generationis JESV Christi filij David, filij Abraham. *Mat: 2.*

Natus est IESVS qui dicitur Christi.

1. O duplex gaudium tibi hodie ô a ni-

a, si modo agnoscis, si non segniter re-
lis, illud gaudium de natali Virginis
t, gaudium de natali filij Virginis,
die Virgo nascitur olim futura Ma-
r Dei, hodie JESUS in Sacramento na-
itur, nascitur enim iterum hodie, dum
die propter te sub speciebus Sacra-
entalibus ponitur, quantis igitur gau-
js, quantis festivitatibus, dies hæc ob-
nda tibi est, quæ tam multis rationi-
is tibi extitit jucunda. Cæterum quid
odest JESUM nasci tibi, si non nasci-
r in te? nonne toties & singulis vel die-
is vel hebdomadis tibi nascitur, quan-
fiet tandem, ut in te formetur & nasca-
r. O ingrate & imprudens, Matris Chri-
i festivitatẽ celebras, Mater ipse Christi
im posses & debeas esse, non curas?
ive dignè Christo, mores indue Chri-
i, placere contende Christo, nullâ re
iens volens deliberatè offende Chri-
um, charismata ferventi spiritu pro-
ter Christum æmulare, etiam conce-
isti, formasti Christum. O quando ita
et in te anima mea, quando fiet? mise-
icordiâ tuâ ô Virgo beata opus est, tu
ne dignè fac & communicare corpori
Christi & dignè vivere Christo.

2. Com-

2. Considera natalem Virginis fe
liciorem esse illo die, quo Adam & Ev
conditi sunt, etsi enim ortus ille mir
bilis fuit, mirabilior tamen est Virgini
Mirum fuit Adamum repentè à Deo fo
matum & vivificatum, in uno alioru
hominum more sine sensu sensim form
ri, & in lucem educi: at mirabilius e
infantulam Virginem in momento ort
sui ratione usam, Deum agnovisse a
thorem suum, gratias illi pro conces
vitâ egisse. Fuit mirum Evam à late
Adæ formatam ab eoque dilectam: at m
gis est mirum B. Virginem statim in spo
sam Dei electam, & Eva quidem ab A
damo abiens dolis diaboli paruit, n
que in tanta mala conjecit: at MARI
nunquam à Deo recessit contemplati
ne & amore, sed imò remedium ma
nostris peperit, ortus parentum nostr
rum fuit casus initium; ortus Virgi
nostræ surrectionis est fundamentu
illa dies trusit nos in infernum, hæc e
tulit in cœlum. Tu igitur esto nostr
Virgo exordium gaudij.

3. Dies Virginis natalis illustri
est quàm illa prima dies, quâ prim
lux est mundo illata, quâ inquam D
dix

it, fiat lux & facta est lux, illa enim corporea fuit bestiarium etiam oculis nata, quâ nos malitiâ nostrâ etiam ad illa utimur, at hodie facta est lux, lux pura, lux sancta, lux hominibus salutaris, animabus proficua, tartareas expellens tenebras, juvans nos & serviens nobis non ad opera tenebrarum, sed ad opera justitiæ & sanctitatis, erigens nos in spem diei æternitatis. Illa lux (ut quidem doctis placet) primo die creata, in solis deinde corpus compacta fuit, hæc lux Virgo inquam ista hodie nata impingetur aliquando in solem, quia licet ex eâ verbum caro fiet, & ex eâ orietur sol justitiæ Christus Deus noster.

4. Natalis Virginis lætior est natalis Isaaci, quia Abrahamo & Saræ risum attulit gaudiumque, depulit sterilitatem, induxit posteritatem, adeò ut Sara diceret; risum fecit mihi Dominus quicunque audierit corridebit mihi, at ortus Virginis non uni domui, familiæ genti, sed toti mundo, generi humano, imò & mundi authori summo illi Abrahamo gentium Patri gaudium attulit, gavisus enim est Pater æternus, quia nata illi est filia charissima, lætatus est filius de

ortu

ortu dulcissimæ Matris, Spiritus Sanctu[s] de ortu speciosissimæ Sponsæ, gavisa e[st] Ecclesia à primo justorum Adâ initium sumens, quoniam illi initium salutis e[st] annuntiatum, gavisi sunt Angeli, cœlo-rum incolæ de nativitate Reginæ cuju[s] & prole & gloriâ illustrandi erant, supr[a] omnem naturam cœli, ruinæque restau-randæ. Risum fecit nobis Dominus i[n] ortu Virginis, quia in ortu hujus Ma-tris ridemus diabolum ejus pede contr[i]tum, ridemus in possessione gratiæ a[b] ipsâ nobis impetratæ, ridemus in spe[i] gloriæ, cujus illa authorem ex se nasc[i]turum promittit, rident peccatores, qu[i] per hanc Matrem misericordiæ ad spe[m] veniæ vocantur, rident peccatores, r[i]dent justi, ob gratiæ certitudinem, qu[æ] illis per Matrem hanc gratiæ adventu[m] promittitur. Verè ergo ô Virgo quicun[]que hodie te natam esse audit, corride[t] tibi, per te enim & vitam, & gratiam, [&] salutem se habere lætatur.

consistit aut in spiritûs paupertate; aut in mansuetudine, quâ læserunt neminem, & cedere maluerunt, quàm vincere; aut in pœnitentiâ pro suis aliorumque peccatis; aut in perpetuo justitiæ desiderio & consectatione, quâ suum cuique reddebant, & semper justitiam administrari omnibus volebant, & si ipsorum erat, administrabant, & ab eo quod justum erat nullo modo, nullâ vi, nullis præmijs miserijsque recedebant, ipsi semper in justitiâ, hoc est sanctitate & perfectione proficere magis ac magis cupiebant; aut toti erant in eleemosynis seu spiritualibus seu corporalibus; aut puritati vitæ, aut contemplationi mysteriorum Dei intendebant; aut scandala de regno Dei tollebant, facientes pacem inter Deum & homines, inter homines & alios homines, aut denique bona agentes, mala passi sunt, & in omni genere patientiæ se exercuerunt, & constantiam, in fide, in virtute, in justitiâ suam probarunt, nullis tormentis, contumelijs, à Dei honore propugnando, & propagando absterreri se permiserunt, sed potiùs sanguine mundum totum implere, quàm minimum

à Deo

à Deo recedere maluerunt. Cum ergo tale sit hoc Evangelium, & veluti omnium rerum à Sanctis gestarum compendium: ideo in hoc die omnium Sanctorum prælegitur, ita ut qui illud audit, omnium vitam Sanctorum legisse & audisse videatur.

3. Considera beatitudinem esse statum omnium bonorum aggregatione perfectum: illumque esse beatum, qui omnia quæ vult habet, nec aliquid vult, quod non decet. Differt autem felicitas à beatitudine: & felix à beato: quia felicitas non inducit in se perpetuitatem, beatitudo includit, etsi hæc vulgò confunduntur. Beatitudo duplex est, alia est viæ, alia Patriæ; alia scilicet præsentis vitæ, alia futuræ. Beatitudinem viæ alij ponunt in contemplatione Dei, alij in amore Dei, alij in observatione præceptorum Dei, quæ omnia verbis non re differunt, & uno verbo hoc dicunt, quod ille in hac vitâ beatior est, qui perfectus est; seu qui partem suam rationalem, seu qui perfectum rationis usum & statum obtinet, quem nullus habet, qui aliquid mali agit, aut vult, sed qui ea quæ rationi conformia sunt agit,

git, & appetit; quare quisquis perfectus est; & sanctus, & beatus in hac vitâ est. Dixi autem, Sanctus, non justus: quia potest quis justus esse, Sanctus tamen non esse; puta si sit justus in gratiâ quidem Dei, passionibus tamen & vitiosis habitibus incompositis. Jam verò beatitudo patriæ est posita in summi boni, quod est Deus, possessione & fruitione, utraque autem beatitudo ita inter se comparari potest, ut beatitudo viæ sit medium, beatitudo patriæ sit finis, illa hominem facit summè bonum, hæc homini confert summum bonum, illa est meritum, hæc præmium, illa est in in perfectâ sui possessione, hæc in perfectâ Dei possessione, per illam possidet homo se ipsum secundum summum gradum sui, partem scilicet rationalem, per istam homo possidet DEUM ipsum, secundum excellentissimum modum & gradum, scilicet per visionem. Utramque hanc beatitudinem Christus Dominus planè divinâ suâ sapientiâ prosecutus est, & explicuit in his octo beatitudinibus, ita quidem ut in prioribus earum partibus beatitudinem vitæ hujus, in posterioribus verò beatitudinem vitæ

futuræ

futuræ explicuerit, ut diligentius consideranti patebit, & videri apud authores potest. Certè spiritus paupertas non solùm contemptum terrenorum quantùm ad affectum, sed etiam abjectionem, quantùm ad effectum includit. Nec id solum: sed etiam præterea gaudium in defectu superfluorum, imò & necessariorum, & quod caput est, abjectionem omnis vanitatis, & superbiæ, tum illius quæ mundana & crassior, tum quæ spiritualis & subtilior est in se continet, ita ut paupertas spiritus, sit contemptus & abjectio omnis rei terrenæ & honoris mundani. Non enim spiritu verè pauper est, qui humilis non est internè, ex quo patet ad quantam rectitudinem rationis evehat spiritus paupertas, & in quanta beatitudine in hac vita hominem statuat?

4. Considera quare beatitudo hujus vitæ consistat in perfecto rationis usu & statu, seu quod idem est, in bonis hominis ad partem rationalem spectantibus: causa est, quia portio rationalis est in homine præstantissima & divinissima, ideo necesse est, ut homo per eius portionis bona beatus fiat, adeò ut impossibile sit per alterius inferioris suæ portio-

nis

s bona fieri beatum in hac vitâ, imò
tiam in alterá, quod ſic oſtendo. In
mnibus rebus quæcunque aliquod eſſe
abent, gradumque Entitatis hoc eſt ob-
rvare, ut nulla res contenta ſit ea tan-
um bona habere, quibus eget ſecun-
um ſui gradum inferiorem, ſi non ha-
eat etiam ea, quibus eget, quæque illi
ebentur ſecundum gradum eius Enti-
tis ſuperiorem, v.g. cœlum, terra, aqua,
pis, aliaque inanimata, non tunc cen-
ntur habere ſua bona, quando habēt id,
uod illis convenit ſecundum infimum
orum gradum, v.g. ſecundum gradum
ntis, vel gradum corporis, ſed tunc,
uando habent ea bona, quæ debentur
lis ſecundum gradum talis Entis in
pecie, in qua ſunt, puta gradum lapidis,
radum cœli, gradum terræ, &c. tolle
cœlo ea quibus eget ad hoc, ut cœ-
um ſit in ſuâ ſpecie cœli, cœlum ſuſtu-
ſti; detrahe lapidi ea, quibus aget ad
oc, ut lapis ſit, etiamſi relinquas id, per
uod corpus eſt, Ens eſt, bonaque ad id
equiſita promittas, tamen lapidem non
eaſti, ſed perdidiſti; ſimiliter accipe
nihi corpus aliquod vivens creſcens &,
uod nutritur. puta arborem, da huic

 corpo-

corpori ea bona, quibus eget ad hoc ut sit Ens, ut sit corpus, denega autem ea quibus eget ad hoc ut sit vivens, ut vegetetur, ut crescat, numquid arbori bene prospexisti, numquid felicem & beatam fecisti? imò arborem perdidisti. Item accipe animal aliquod, Corpus scilicet vivens, sentiens, da huic animali totum, quo eget ad gradum corporis & perfectionem viventis, subtrahe ea quæ necessaria sunt ad statum ad perfectionem sentientis, animal sustulisti: concede illa eadem, quæ sensitivitas eius postulat, animal tantò beatius fecisti, quantò illi secundum gradum sensitivi aptiora pluraque bona concessisti; pariter ergo & de homine censendum est, sunt enim in homine gradus corporis, viventis, sentientis, intelligentis da illi omnia, quibus ille eget ad perfectionem, ad conservationem aliorum graduū omnium, tolle verò ea quibus eget ad gradum intellectivum perficiendum, ex homine tu bestiam, tu fruticem, tu lapidem fecisti, & hominem sustulisti, concede ea quæ intellectus sunt humani, hominem fecisti, quid ita? quia illa omnia quæ infra intellectivum sunt gradum, inferiora

sunt

int hominis dignitate, capacitate, naturâ, unde non mirum, quod illum perfectum, beatum, qui tumque facere non possunt, nec enim attingunt ad id, quod in homine omnibus his superius est, & quia non attingunt ad id, non proficiunt, & dum non proficiunt, quietum non faciunt, sublatâ verò quiete beatitudo tollitur. Patet igitur quare in perfectione superioris partis, id est rationalis beatitudo hominis consistit. Patet etiam eos homines, qui in opibus, qui in voluptatibus corporis felicitatem suam ponunt, stultiores bestijs esse, patet denique eos homines, qui ita scilicet in bonis intellectus rationalisque partis beatitudinem collocant, non tamen in ijs bonis quæ sunt perfectissima, & quæ verè perfectèque rationem ordinant, ipsumque hominem secundum hunc gradum perficiunt; id ponunt; malè de beatitudine hominis sentire, & ita non benè in honoribus & laudibus, in potentiâ, in excellentiâ, supra alios, in scientiâ alijsque similibus bonis beatitudo vitæ constituitur, sed in virtute, in contemplatione earum rerum, quæ excellentissimæ sunt, & ad perficiendam ex-

 plen-

plendam partem hominis rationalem, sive quoad intellectum, sive quoad voluntatem sufficiunt, est collocanda. Ratio enim ipsa convincit, & inter rationalitatis bona esse gradus & differentiam, & quædam minus, quædam plus rationalem partem perficere. Eadem etiam convincit, hæc bona, quæ melius perficiunt partem rationalem, esse præferenda illis, quæ minus, eademque consequenter convincit eos, qui in bonis minus rationalem partem perficientibus beatitudinem collocant, errare, & etiam si ea bona habeant, beatos non esse, sed eos demum beatos esse in hac vitâ, qui ijs bonis, quæ perfectissima sunt, potiuntur, quibus portiò sua intellectualis optimè perficitur. Et cum hæc bona sint Dei cognitio, & virtutes, ratio ostendit in contemplatione Dei, in virtutum usu & possessione perfectâ, & uno verbo, in sanctitate atque perfectione esse beatitudinem hujus vitæ constitutam. Atque ex his inter alia illud etiam concluditur, contra rationem eos justos agere, qui sanctitatem, hoc est suam beatitudinem, tepidè & frigidè consectantur. Ratio enim dictat, & natura exigit, ut homo toto ap-

o appetitus & conatus impetu ad bea-
itudinem tendat. Quod si hoc verum
e justis, quantò verius de peccatori-
us. Quod verò dictum de beatitudini-
us hujus vitæ, id proportionaliter ac-
ommodari potest beatitudini Patriæ.

5. Considera cur Deus non aliud,
uam sui visionem claram pro summo
ræmio & beatitudine, sanctis propo-
uerit, & promiserit; posset enim ali-
ui, rudi præsertim homini non esse ma-
gnum quod promittitur, ac proinde
ion esse, cur, etiam magnopere ad illud,
ispiretur, sed si ad rationem omnia exi-
gamus, nil Deus majus nobis assignare
& promittere potuit. Certum enim est,
ditissimum esse per omnia nullatenusq;
esse pauperem, potuit ergo Deus homi-
nibus infinita bona pro servitij præmio
polliceri & assignare. Noluit tamen ul-
lum aliud bonum ijs promittere, quod
non esset ipse Deus, sed se ipsum illis in
præmium proposuit, dicens: Quod uni,
hoc omnibus. Ego verò merces tua ma-
gna nimis; idque partim ideo, quia vo-
luit servis suis summum bonum in præ-
mium assignare, hoc verò summum est,
ille ipse, tam quia si aliquid minus illis

promisisset,hominum corda nequaquam satiata, quieta, & beata fuissent, illa autem hominibus beatitudinem promisit & homines nihil magis volunt quàm esse beati, adeò ut teste August: & veritate rei, ideo etiam sint mali ut sint beati. Itaque duplici ex capite Deus debuit hominibus summum bonum in præmium assignare. 1. quia ipse ita voluit, 2. quia hominum conditio id postulabat. 3. addi potest, quia beatitudo summum bonum exigit, explere enim debet appetitum, alioqui enim si non explet, beatitudo non est, cum plus appetere quàm habeas, sit miseria. Deus ergo se ipsum, hoc est summum bonum sanctis proposuit in præmium, ita ut Deum haberent qui sancti essent, & Deo servivissent. Et verò cum Deus ab homine, imò à creaturâ perfectiùs haberi (quantum quidem in ordine ad beatitudinem attinet, quod dico quia unio hypostatica facit hominem Deum perfectiùs quid, quàm visio, sed non in ordine ad beatitudinem) non possit quàm videndo, si scilicet à creaturâ eo modo videatur, qui perfectissimus esse potest, idcirco quando Deus homini sui possessionem beati-

beatificam promisit, nil aliud quàm visionem sui claram intuitivamque promisit, imò non aliud quàm hoc promittere potuit, posito, quod illud voluit, quando dicit Deus homini, servi mihi & videbis me, nihil aliud dicit, quam hoc, servi mihi & habebis, & possidebis me, sicut ergo nil majus Deo, & nil amplius possessione Dei, ita nil melius visione Dei. Sed adhuc quæro ulterius, quare Deus non aliter, quàm per visionem haberi potest? & quare videre Deum, sit ipsum habere & possidere? respondeo ex ijs quæ supra n: 4. dixi, eius rei causam patere. Nam primo homo beatus esse non potest, scilicet secundum rationem sui superiorem, hoc est hominis beatitudo consistit in eo, ut secundum rationalem sui partem quàm perfectissimè perficiatur, perficitur autem si summo bono potiatur, summum verò bonum est, quod maximè rationi conforme, & cujus possessio maximè secundum rationem est, hoc est cujus possessione tota rationalitas, tota capacitas, & aviditas expletur. Id autem quo tota rationalitatis capacitas expleri potest, solus Deus est, solo ergo Deo rationalis hominis portio frui

poteſt, atqui rationalis hominis portio cognoſcitiva eſt, & eius natura eſt cognoſcere, tunc ergo perficitur, quando cognoſcit, & tantò melius perficitur, quantò melius eſt, quod cognoſcit, tum deniq́ue ſummè perficitur, quando ſummum bonum cognoſcit, ergo conſequenter tum beatitudinem conſequitur, quando ſummi boni perfectiſſimum cognomen aſſequitur, atque idem met eſt reſpectu rationis cognoſcere, & videre; ergo & idem erit, videre Deum, cognoſcere, poſſidere, perfectum eſſe, beatum eſſe Deo. Accedit quod Deus ſpiritus eſt, non poteſt ergo niſi intellectu capi, ſenſu autem nullo modo, ſi ergo ſolo intellectu Deus concipitur, ſolo intellectu etiam perfectè cognoſcetur, habebitur, poſſidebitur,(ſi enim aliter poſſideri poſſet, poſſet & concipi & capi, quo modo enim capi aliquid, eodem etiam poſſideri teneriq́ue poteſt) igitur ſola Dei cognitio & viſio hominem beabit, non ſolum quia Deus ſummum bonum eſt, ſed etiam quia illud ſummum bonum eſt, ſed etiam quia illud ſummum bonum non aliter haberi & poſſideri poteſt, quàm videndo & cogno-

gnoſcendo. Atque ita Deus erit beatitudo objectiva; viſio ſeu cognitio clara Dei, erit beatitudo formalis, ut Theologi in ſcholis loquuntur. Hinc patet amorem Dei, beatitudinem formalem non eſſe; non eſt enim id, quo Deus habetur & poſſidetur, quia non eſt id, quo Deus concipitur & accipitur, & tenetur. Patet etiam non eſſe parvum, ſed omnino ſummum quid viſionem Dei, eſſe noſtram beatitudinem, & ijs ſolis id leve videri, qui magis beſtiæ ſunt, quàm homines, vel qui, quid ſit eſſe hominem, neſciunt, quid ſit videre Deum ſciunt, & quid mali, non videre Deum, ſciunt etiam cur dixerit Chriſtus in hodierno Evangelio; gaudete & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cœlo.

6. *Merces veſtra copioſa eſt in cœlo.*

Conſidera quàm copioſa ſit merces illa. Copioſitas eius cognoſcitur ex multis. 1. Quia eſt infallibilis; Deus enim qui mentiri non poteſt, promittit. 2. Quia ab eo confertur, qui eſt ditiſſimus. 3. Quia ab eo qui eſt liberaliſſimus, qui etiam ſuper impios bonus eſt,

qui gaudet cum bene facit, & irascitur ijs qui eum impediunt, ne possit bene facere. 4. Quia æterna pro temporali labore. 5. Increata quantum ad objectum pro creato labore. 6. Quia in nullo bono deficiens, sed ex omni bonorum aggregatione conflata. 7. Quia explebit & excedet appetitum. 8. Quia caret fastidio, & tamen satiat. 9. Quia omne malum excludit etiam timorem mali & suspicionem. 10. Quia certissimam evidentiam & notitiam de perpetuitate illius mercedis obtinendæ illa ipsa merces secum adfert, & hoc est etiam de parte istius. 11. Quia illam mercedem, qui habent nec volunt posse, nec possunt velle perdere, multoque minus re ipsâ possunt amittere, sed & volunt & necessario sunt beati, mercedemque illam habent. Bone JESU quid ergo tandem est, quod pro tam copiosâ mercede tam pauci laboramus, cum interea pro temporali hac nimium quantum sudatur.

IN

IN DIE COMMEMORATIONIS FIDELIVM DEFVNCTORVM.

Dixit JESVS turbis Judæorum, amen dico vobis quia venit, &c. *Ioan.* 5.

Dedit filio vitam habere in semetipso.

1. SIcut Pater æternus filio suo unigenito dedit vitam habere in semetipso, per naturam, ita filius Dei naturalis JESUS Christus cuilibet filio adoptivo dat vitam gratiæ habere in semetipso, ut scilicet veram gratiæ & charitatis vitam in se habeat, eamque non secus vivat, quàm vivit corpus hominis animâ in semetipso; & nonne agnoscis, ô quisquis communicas Sanctissimo Sacramento, liberalitatem & amorem filij Dei, qui prout ipse à Patre accipit vitam, ita dat eandem cuilibet ritè communicanti. Magna certe charitas, sed major ex illo præterea capite, quod non solum communi-

municet vitam sed eandem divinam, scilicet sanctam, supernaturalem, & insuper quod communicet eo modo, eâ videlicet charitate, eâ præparatione, eo affectu. O si videre posses homo, quo affectu ad te Christus communicantem festinat, ô si intelligere posses, quàm avidè, quàm promptè, quàm studiosè Christus ingressus animam, omnes suos thesauros aperit, omnes necessitates animæ recognoscit, & unicuique supplementum ex suis bonis facit, modò dispositionem, nullum verò impedimentum inveniat, quàm item molestè ferat, si veniens ad animam, inveniat impedimentum aut minorem quam vellet dispositionem.

2. *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei.*

Mortui, possunt audire & audiunt hac horâ, hoc tempore vocem Filij, convertendo se ad Deum per gratiam filij Dei, quia nemo venit ad Patrem nisi per me, ait Filius, & hæc hora in quâ licet hoc mortuis, tamen mihi propter ignaviam meam tam infelix est, ut in eâ non audiam vocem filij Dei, illam inquam vocem,

cem, quâ dicit non invenio opera tua plena, & utinam calidus aut frigidus esses, sed quia, &c. vox filij Dei tam efficax est, ut eam mortui audiant, & ideo vivant, ego autem illam non audio, & ideo plus quàm mortuus ego sum.

3. *Venit hora & nunc est.*

Quomodo nunc hora ista, quæ nunc primum adventare dicitur, revera, & adventat, & est, adventat per successionem, est per recogitationem. Nam qui meminit horæ illius extremæ, in quâ decretorium judicium contra se proferetur, hic sine dubio audit filij Dei vocem, & conteritur & convertitur. Expertus est hoc ille, qui ajebat, semper quasi tumentes fluctus, &c. semper ergo cogita te moriturum, semper mori posse puta, & forte hanc esse horam ultimam vitæ, & sine dubio audies vocem filij Dei.

4. *Mortui audient vocem filij Dei.*

Multiplices sunt mortui, & multiplex est vox filij Dei, sunt quidam mortui pro Deo, ut Martyres: alij sunt mortui in Deo (beati mortui qui in Deo moriuntur) & hi, vel sunt corporaliter mortui,

vel

vel etiamsi corporaliter vivant, tamen mortui sunt mundo, & sibi, de quo scriptum est, quod oportet te morientem ducere vitam, id est mortificatam; præterea isti qui in Deo sunt mortui corporaliter, vel jam sunt cum Deo, vel nondum sunt, sed adhuc detinentur & purgantur, ut cum Deo incoinquinati esse possint, omnes hi mortui audient suo tempore vocem filij Dei dicentis illam: venite benedicti Patris, &c. & Euge serve bone. Sunt quidam mortui præterea Deo, idque vel secundum animam tantum, vel secundum tam corpus, quàm animam, tàm primi nisi resipuerint, quàm secundi audient, & audient vocem filij Dei, sed eâ auditâ non vivunt, est enim vox mortis, illa scilicet. Ite maledicti, nescio vos, serve nequam. Vox prima quam mortui primi audient, est vox vitæ, qui eam audient vivent. Vox secunda, quam secundi mortui audient, est vox mortis, mortem secundam quæ est æterna inferens, quam qui subibunt, hi jam mortui sunt omnino, & nullam amplius vocem filij Dei audient. Quando ergo Christus Dominus loquitur in Evangelio, quod mortui audient vocem

filij,

filij Dei, subdit, & qui audierit vivet, ut per hoc ostendat, de quibus mortuis loquatur, de primi scilicet generis non secundi. Hic jam esset considerandum, quando illi mortui audiunt vocem filij Dei, & vivunt, de alijs enim est difficultas, de illis præcipuè est, quod isti solent possuntve audire qui mortui in Domino secundum corpus, nondum tamen sunt in gloriâ cum Domino, sed adhuc purgantur, ad quod, dico, duas tantùm esse vias vocem hanc vivificantem ab illis audiendi. 1. Est per satisfactionem ipsorummet mortuorum. 2. Per satisfactionem vivorum pro illis, & quia hæc secunda via levior est, dependet autem à nostrâ in illos mortuos misericordiâ, ideo hæc dies ab Ecclesia nobis constituta est, ut in ea juvemus mortuos illos, ut audire possint vocem filij Dei, & audientes vivant. Hoc est ut admittantur ad terram viventium, & requiem æternam consequantur. Itaque hæc præsens dies, hæc præsens hora, est illa hora, in quâ mortui audient vocem filij Dei, vocem cosolationis, vocem misericordiæ, vocem salutis & vivent vitam æternam si modo nos quantùm in nobis

est:

est faciamus, ut hanc vocem audiant. Ecce hodie in nostra potestate est, ut fratres mei, ut amici mei, ut consanguinei mei audiant hodie vocem filij Dei & vivant; & ergone tam durus, tam segnis, ut hoc nolim? ecce si oravero, si eleemosynam dedero, si me tantisper afflixero, si mortui voluntatem executus fuero &c. faciam, ut ille istic audiat vocem filij Dei. Num quid invidebo ne hoc assequatur pauper illa anima, quæ perpetuò clamat ad me; miseremini mei, &c.

5. Considera tres esse satisfactionis vias, orando, jejunando, eleemosynam dando; considera etiam omnibus his officijs tempora in Ecclesiâ Dei constituta esse, non quod non possit semper orari, jejunari, eleemosyna dari, sed quia certis temporibus Ecclesia vult aliquid horum præcipuè exerceri. Orationi sunt constituti dies rogationum: jejunijs quadragesimæ, eleemosynæ una tantùm dies designata est, atque hæc est hodierna, in qua eleemosynas facere debemus pauperibus egentissimis, gratissimas & per omnia necessarias, tales scilicet, quæ illos ad visionem beatificam, possessionemque Dei æternam & vitam

vitam sine fine beatam adducant.

6. Considera illa verba Ps: 40. 2. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem in die mala liberabit eum Dominus; suadet Propheta, scilicet, ut intelligamus super egenos, & hujus intelligentiæ præmium assignat liberationem à Domino in die mala, quam liberationem sequitur beatitudo. Hic ergo videndum qui sunt isti egeni, quid est intelligere super egenum, & quæ hæc dies mala, à qua liberantur qui super egenum intelligunt. Quantum ad 1. egeni sunt animæ in purgatorio: egeni dicuntur. 1. propter bonum quo carent, quod vita æterna, quæ tantum bonum est, ut si habeatur, etsi nil aliud habeatur, satis sit ad divitias, si verò non habeatur, etsi alia omnia habeantur, summa est miseria. 2 propter carentiam virium, quia sibi ferre auxilium nullum possunt in illo bono acquirendo. 3. propter malum quo cruciantur, scilicet, pœnas ignis purgatorij, cujus ardor & cruciatus hoc solo ab infernali differt, quia ille spem habet & expectationem finis, iste fine caret, & desperationem inducit. Valde igitur sunt egentes animæ illæ, quia sunt in tribus gradi-

gradibus maximis egestatis, summo bono carent, summo malo affliguntur, & se suis auxilijs nullatenus juvare possunt. Quantum ad 2. Intelligere super egenum est 1. Miseriam eius bene agnoscere & penetrare. 2. Auxilium illi in miseriâ suâ præstare. 3. Ita id præstare, quomodo egenus ille præstari sibi illud cupit, & quasi ex mente illius illum juvare. 4. Eo affectu illius miseri illum juvare, quomodo tu ipse, si in illis malis esses, ab alio, vel ab illo juvari velles. 5. qui melius & quasi magis quodammodo commovetur egeni miseria, quàm vel ipsemet ille egenus. 6. Qui cum summâ promptitudine celeritateq; contendit aliquid refrigerij & ipsis illis facere. Quantum ad 3. dies mala à quâ liberabitur, qui super egenum intellexerit est 1. similis purgatorij ignis pœna & alienæ necessitas misericordiæ. 2. mors & mortis hora 3. potest etiâm intelligi quævis ingruens calamitas, in quâ juvari solent à Deo, qui præsertim animas purgatorij juvant libenter & frequenter & ferventer, talem ergo hominem Deus ita in hac vitâ disponet ut sine purgatorio ad cœlum eat, vel si ad

tempus

tempus in purgatorio fortè esse debebit, excitabit Deus aliquos, qui pro illo orent, & hoc ipsi faciant in purgatorio posito, quod ille fecit alijs ibidem constitutis, vel illi quietam & magnæ consolationis mortem dabit, &c. Et quis non optaret nostrum has liberationes in die illâ malâ, scilicet mortis horâ, vel purgatorio experiri, ecce medium est, Intelligamus super egenos, quia Beati misericordes quoniam & ipsi misericordiam consequentur.

7. Considera verba Tob:4. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam justi constitue & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Sensus est. Pro justo mortuo da eleemosynam pauperibus, potiùs autem justis quàm peccatoribus & malis eam da; potest & alius esse sensus. Ut ad juvandum mortuum justum, sed egentem auxilio ob pœnas purgatorij, tria concurrant. 1. Ut justus sit ille scilicet in gratiâ Dei mortuus. 2. Ut Sanctissimum Missæ Sacrificium pro eo potissimum offerri cures, quod consecratione panis ac vini conficitur. 3. Ut tu ipse sis absq; peccato mortali, ut quod facis pro mortuo præter sacrificiũ mortuo prosit.

8. Con-

8. Conſidera cauſas hujus commemorationis omnium fidelium defunctorum ab Eccleſiâ hodie inſtitutæ. 1. Cauſa eſt auxilium animarum illarum quod fit ratione 1. Joan: 5. 16. & 2. Matth:12. Eleemoſyna. Tob: 4. jejunio, 1. Reg.31. 13. in Saul: & Jonatæ morte, Galaditæ; Davidin morte Abner:2. Reg:3. 2. Noſtra utilitas, quarum prima eſt mortis commemoratio & cognitio finis noſtri nobis imminentis, quis enim non meminit hodie ſe aliquando etiam eſſe moriturum, qui tot mortuorum ante ſe millia vel mœret vel oculis intuetur, non horret miles inter aggeres ſuorum commilitonum ſtans & ambulans? ſecunda. Doctrina ut non fidamus nobis, ſed præparemus ad mortem, & conemur evitare illas pœnas. 3. Conſolatio, quod ſicut nunc à nobis alij, ſic nos ab alijs juvabimur. 4. Cautio, ne nimium huic ſolatio nitamur, ſemel in anno, & unâ quidem die tantum, eaque non integrâ, hoc officium præſtatur: nolimus in hanc ſpem unius mediæ diei, noſtram ſalutem minus expeditam facere. 5. In illâ tantâ mortuorum turbâ, quam cogitamus, quæ ætas, quis ſtatus, quæ dignitas hominum

aum non est? omnes sunt, & pares sunt, discrimen solum est bonorum operum. Quid hinc nobis juvenibus? & juvenes ibi sunt. Potes ergo & tu esse, & fortè eris jam nunc. Dives es? sunt ibi divites, eris ergo & tu, &c. Senes ad mortem circulari viâ eunt, juvenes rectâ, quo putas differunt? hoc, quia illis longior, istis brevissima est via ad interitum, jam qui debent esse paratiores, &c. Rectè ergo dictum est, quod sancta & salubris cogitatio est, exorare pro defunctis.

IN FESTO S. MARTINI

Nemo lucernam accendis ponit & in abscondito, &c. *Lucæ* 11.

Vide ne lumen quod in te est, tenebræ sint.

1. QUæ enim major aut indignitas Christo, aut calamitas tibi fieri potest.

test, quàm filium Dei lucem illam, quæ illuminat omnem hominem, tuæ indignæ negligentisve cõmunicationis culpâ, fieri tibi tenebras & tenebrarum causam, cum ille ad hoc venire voluerit in te ut fieret tibi in lucem: vide ergo ne hoc lumen cœleste (Sanctissimum Sacramentum) à te sumptum tenebræ tibi sint: ne in tantâ licet luce tamen ut velut in tenebris verseris, impingas, cadas, ne tu, cum in tantâ luce sis te tamen putes in tenebris esse non videri à Deo. Vide ne tibi Christus tenebrescat, propter quotidianos defectus tuos, ita ut illum agnoscere & mundos oculos in contemplatione mysteriorum eius aperire non possis. Vide ne se tibi subtrahat, & turbationum caliginem ac noctem permittat, cura igitur, præparatus, mundus, devotus, semper ad communionem accedere, & post communionem plurimos actus heroicarum virtutum exercere, & deinceps in progressu eos frequentare, vitia verò præsertim deliberata vitare.

* * *

2. Nemo

2. Nemo lucernam accendit & ponit in abscondito.

Lucerna opus est aut intentio operis, absconditum autem pravitas est; sensus ergo est, nemo opus ullum bonum & laude dignum facit malâ intentione, vel facit malè, nemo, hoc loco ponitur pro prudente nullo, nulloque bono, itaque dicit Christus, nemo prudens & veræ justitiæ, suique perfectus amator illud opus facit frustra, & sine utilitate, lucroque spirituali: stultum est enim opus, quod adhibita modicâ curâ, rectâ intentione, consideratione practicâ, aliisque requisitis bonum & meritorium fieri poterat, facere illud sine ullâ utilitate; & in absconditum abjicere, nec dignum oculis Dei acceptationeque facere. Hic tu cogita quàm sæpe in hoc deficias, quot damna subeas, quoniam illa facilè vitare posses, si velles diligentiam vel modicam adhibere.

3. Nemo lucernam accendit & ponit in abscondito.

Lucerna Sanctus est, accendit Deus lucernas, quando facit Sanctos, & dat Eccle-

Ecclesiæ suæ, quod eum facere de fide est, alioqui Ecclesia non semper sancta esset, si non semper sanctos haberet; non omnes tamen sancti lucernæ sunt, etsi omnes sancti, accensi & igniti sint. Itaq; alij sancti carbonibus, alij lucernis comparantur, carbones accensi sunt illi sancti, qui sibi vacant & Deo, aliorum autem utilitati, vel nihil, vel parum intendunt. Alij sancti lucernæ sunt, qui & sibi & Deo, præterea aliorum saluti ex instituto vel charitatis, vel officij justitiæ (; vacant. Hi ergo meritò lucernæ accensæ vocantur: nam est, tantùm lucere, vanum, tantùm ardere, parum, lucere & ardere, perfectum; dicuntur lucernæ, qui lucent alijs, accensæ, qui ardent sibi, lucent alijs doctrinâ, exemplo, & curâ circa ipsorum salutem, liberationem à peccato, profectum in virtute, &c. Ardent verò sibi, charitate, oratione, contemplatione, virtutum studijs, mortificatione, ad Deum devotione. Vide jam, quid tu sis, carbo, an lucerna, ardens, an extinctus, positus in abscondito, an magis super candelabrum, positus es, an te posuisti? non positus es, an poni cupis, & ambis? vide etiā qualis fuerit S. Martinus?

4. Nemo

4. Nemo accendit lucernam.

Omnis homo lucerna est, potissimum verò hic, cui aliorum cura aliqua incumbit, debet enim lucere alijs, accendere alios: omnium ad eum obversi oculi, tanquam euntibus ad præeuntem facem. Tales sunt parentes, Patresfamilias, Magistratus, Domini, senes, & ætate grandiores, Sacerdotes, Præceptores. Videant isti quales lucernæ sint? quomodo luceant? quomodo? quidve communicent alijs? lumenne? an fumum tantùm? ardeantne tantum etiam? an solum luceant?

5. Lucerna corporis tui oculus tuus.

Oculus Intentio est: quæ ideo comparatur oculo, quia quod est oculus corpori, hoc intentio operi. 1. oculus ducit & regit corpus, id facit intentio operi, quando? quomodo? quibus medijs? quamdiu fieri debet? 2. Malus est ille oculus, qui lucem aspicere non vult, oculi enim objectum lux est. & intentio semper ad Deum debet referri: mala est intentio, quæ aliud quam Deum intendit. 3. Oculus cum regat corpus, regitur à luce, & intentio opus debet regere. Sed debet regi ipsa luce, hoc est ratio-

 ne

ne divinâ. Nam si mundana, si carnali, si diabolica ratione, & sensu regi volet, tenebris regetur non luce : & ideo etiam opus tenebrosum faciet:magnâ ergo cautelâ videndum est, non solùm ut bonum agas, sed etiam ut bene , ut bono fine, ad præscriptum rationis rectæ , ad rationes divinas,ad æternitatem , & supernaturalitatem, sapienter, multa enim bono fine sæpe facere videmur, & tamen ad illum finem nostro potius spiritu , quàm divinâ ratione ducimur , sæpe culpamus aliquid, zelo Dei facere videmur , in quo tamen zelo immiscet se invidia , vel alicujus contemptus, fastus , vel judicij nostri elatio , &c. unde illud? Est via quæ videtur homini recta , &c. quo fit , ut in die judicij multi,qui videbantur sancti,& operibus bonis abundare , inveniantur fuisse imperfecti, & pauca bona habuisse, quæ scilicet solida bona dici potuissent. Excoquuntur enim multa in nostris operibus , quando per ignem transeunt , & probantur : & sicut ab auro rudi multum decedit molis,quando in igne purgatur: ita sæpe ab operibus nostris multa decedunt , quando à Deo examinantur. Nos enim multa probamus tā in nobis , quàm in

in alijs, quia nævos adjunctos non videmus, complacentiæ, gustus proprij, voluntatis, & judicij privati, obliquæ intentionis, spei de commodo temporali emanante, gaudij de eo, quod alijs probetur, quod alij sciant nos hoc fecisse etiam, Deo autem oculi carnei non sunt. 4. Oculus se ipsum non videt nisi in speculo, nec intentio se ipsam agnoscit, nisi valde ad speculum, hoc est ad Christi exemplum ad judiciumque divinum revocata! v.g. si mori deberes, si Deo jam esses judicanti præsentãdus, quo modo id faceres? quid ad hoc diceres? hoc speculum est quod rarò fallit, & rarus est, qui ad illud intentones suas inspicit, ad illud ille respiciebat, qui dicebat: Verebar omnia opera mea; quare? sciens quia non parceres delinquenti. O si in nobis enascatur spiritus iste, non solum opera sed etiam intentiones nostras dispiciendi. 5. Oculus nullum in se nævum ne tenuissimum quidem patitur, alioqui à sincero affectu inflectitur, & intentio nihil terreni habere debet, si pura esse vult. 6. Oculus semper per rectam lineam aspicit, & radij visuales sunt rectissimi, ita & intentio naturâ suâ recta esse postulat,

 si ob-

si obliqua est, contra naturam suam est, non est intentio, sed deflexio & aberratio, &c. vide ergo ô homo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint.

6. Si oculus tuus fuerit simplex.

Nunquid oculus aliquis est duplex? ita prorsus, omnis mendax non habet simplicem oculum, omnis hypocrita, omnis adulator, omnis mendax, omnis calumniator, omnis avarus, &c. mendax aliud videt aliud dicit: hypocrita aliud est, aliud se ostendit: adulator quod intus est reprehendit, in facie laudat, invidus majus putat bonũ proximi, quàm suum: &c. calumniator videt quod invidet: avarus non videt se habere quod habet, semper sibi parum habere videtur: vanus etsi nihil boni habeat, laudari tamen vult, & nunquam se inspicit in suo, sed in alienorum oculorum speculo. Rarus ergo oculus simplex in mundo, at duplices valde multi & prope infiniti, Sanctorum oculi simplices sunt, quia ad nil aliud respiciunt, quàm quomodo Deum laudent, se accusent, & emendent, proximum excusent, & adjuvent talis columbarum oculus est, quem sponsus tribuit Ecclesiæ, qui

qui quidem nihil aliud agit, quàm illa ria, quæ ipsa perpetuò filijs suis commendat. Tales oculos in Sanctis invenire, & in S. Martino facile advertere est.

IN FESTO S. CATHARINÆ VIRG: M.

1. Evang: vide supra in festo S. Agnetis *Matt: 25.*

Intraverunt cum eo ad nuptias.

1. QUis intravit? Virgines omnes: non prudentes tantùm, quæ lampades habebant, quæ ornatas, quæ oleo plenas, quæ ardentes, quæ obviam exierunt sic paratæ. O admirabiles nuptias, quæ tam poscitis apparatum, quæ tam paratos hospites & admittitis, & habetis! O sponse animarum JESU: quid est? intravi toties tecum ad nuptias tuas in Sanctissimo Sacramento, nunquid paratus eram? nunquid Virgo eram? lampadem ornatam, pinguedine plenam olei, arden-

tem habebam? beatum me,si talis eram; at non eram fortè,& tamen intravi, ideo, ut paratus essem per hoc ipsum,quia intravissem. O quæ tibi sponse gratiæ, qui cum me abjicere posses, & deberes, non abjecisti,sed me & ne abjicere posses,admittendo me & ornando fecisti. Perge ornare me,perge parare me JESU,at non impediam te.

2. *Ne forte non sufficiat nobis.*

Hanc miror prudentiam Virginum! alias alioqui magnam, & quòd lampades habebant, quòd ornatas, quòd oleo plenas, quòd dormitaverunt tantùm non dormierunt,quod ad vocem surrexerunt vel mediâ nocte, sed hæc est prudentia maxima, quod fatuis oleum non temere concesserunt, & rationem mirum quantum prudentem dederunt, ne fortè non sufficiat nobis. 1. Magna prudentia,quia futurorum præscia, & præmeditabunda, quòd scilicet longa via eunda est, quodsi tardè admittemur? quidsi aliquo deflectet sponsus? Stultæ Virgines attendunt præsentia tantùm, prudentium proprium est recogitare futura. Magna etiam prudentia,quia suis non fidunt opibus, hoc est viri-

viribus, vobis dabimus quasi multnm ipsæ abundemus? oleum nostrum igne consumitur perpetuo, effluere potest, rivulus est virtus nostra non fons, non sumus conchæ plenæ, canales autem, qui vix aliquid accipiunt mox effundunt, esse nolumus, nostro periculo & damno salutem aliorum non quærimus, quia stultum est; quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, &c.

3. *Novissimè verò veniunt.*

Novissimè, id est tardissimè, nimium serò, jam tempore veniendi elapso. Non enim omne tempus ambulandi, est etiam & quiescendi. Si quis ambulare vult cum quiescendum est, stultè agit, & frustra est, dicitur illi, nescio te, non novi vos. O quam multi novissimè veniunt, scilicet qui ultimo puncto pœnitentiam agere volunt. Citissimè isti venire se putant, sed revera novissimè non raro veniunt, non est citissimè cursus, tempus quando jam in foribus est, quando jam dicitur. Ecce sponsus venit, ille jam venit, tu autem ire, emere, venire vis in tempore: non est possibile, venies novissimè, ideoque nescio vos, audies. Dices scriptum alibi

libi est,hi novissimi unâ horâ fecerunt, & tamen pares illis facti sunt, qui totâ die pondus & æstum sustinuerunt. Sed verè stultus es,qui hæc cogitas, novissimi erant illi, sed non novissimè venerant,unâ horâ autem laborarunt aliquid, tu novissimè venire vis, & tantùm intrare, & par alijs esse vis.

4. Vigilate, quia nescitis diem.

Quæ ista vigilandi causa? nescis diem? vigila, quæ ista dies, quam quia nescio vigilare jubeor? dies illa, quæ verè dies est,in quâ abscondita tenebrarum, & secreta cordium revelabuntur, illa dies mortis & judicij divini, quâ velamen de corde detrahetur, quâ incipiam discernere omnia prout sunt & justum judicium judicare. Tunc judicabo vana, quæ modo magna puto; tunc discam quo,fervore deflenda peccata, quærendæ virtutes erant, de quibus nunc vix interdum cogito. Ergo dies illa est verè, si illa dies est, quid si cras veniet, quid si jam instat,quid si hæc est ipsa præsens; nec te decipiat quod dies dicatur, & hora est, imò momentum est.Si ergo hæc est illius diei conditio,ut tam tremenda mihi sit

& tam

& tam anceps, & omni horâ esse possit, ergo omni horâ paratus esse in illam diem debeo: quomodo porro paratus ero si nō vigilavero? Vigilabo ergo, quia nescio illam diem, postquam non habeo ad emendandum errorem, aliam diem.

ALIVD DE VIRGINIBVS EVANG:

Simile est regnum cœlorum thesauro. *Matt: 13.*

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito.

1. THesaurus JESUS est absconditus in Sacramento, absconditus insipientibus, negligentibus, at reclusus, & revelatus, & patefactus thesaurus amantibus, capientibus, cupientibus. O quas opes hic thesaurus continet! O quæ insipientia hominū hunc negligentium! O quàm quærendus eras thesaure tu, qui nunc quæris etiam, à quibus inveniri possis:

2. Conſidera Sanctiſſimum Sacramentum Margaritam eſſe bonam: & hinc diſce,quid accipias,dum communicas,& quare accipias Margaritam, ut fias Margarita,& implearis Margaritis.Jam Chriſtus Margarita eſt, Tu autem quare non es? quare ijs plenus non es? quando eris? & hæc ſufficiens cogitandi, examinandi, defendendi, implorandi materia, ſi modo abſit deſidia.

3. Conſidera quare Regnum cœlorum theſauro abſcondito, Margaritas bonas quærenti homini, ſagenæ miſſæ in mare comparetur? Regnum cœlorum Ecclefia militans hic intelligitur, in eâ quiſquis eſt, ſcire debet, quo fine eſt, nempe ut theſaurus ſit, ut Margarita ſit, ut ſagena ſit. Eccleſia terra eſt theſaurum abſcondens, ſcilicet Chriſtianum continens, Eccleſia locus Margaritarum bonarum eſt. Eccleſia ſagena eſt,deinde eo fine in Eccleſiâ eſt, ut ſit homo theſaurum & Margaritas quærens, & propter eas omnia cum gaudio, quæ habeat vendens, ut ſit bonus piſcis vaſe dignus, non verò ut mittatur foras.Noli blandiri tibi Chriſtiane, quod in ſagenâ ſcilicet Eccleſiâ es; ſi bonus non es, mittendus foras es,

quo

quo foras? in tenebras, in ſtridorem dentium, in luctum. Et quàm multi ſunt piſces boni neſcio? hoc ſcio quòd ſagenâ impletâ in littus eductâ eligendi boni ſunt in vaſa; ſuſpecta eſt mihi electio iſta: quippe multi vocati pauci electi, multi ſagenam impleverunt, pauci vaſis digni inventi ſunt. Et quis non erit ſolicitus, cum tanta à ſe exigatur profeſſio? ut ſcilicet ſit theſaurus, ſit Margarita, ſit homo theſauris & Margaritis bonis inhians, ut in ſagenam ſit electione dignus, quæ omnino pauciſſimis contingunt. Et quis mihi ſecuritatem dedit quod è paucis eligendis ego futurus ſim?

4. *Simile eſt Regnum cœlorum homini negotiatori.*

Negotiator homo Margaritas bonas quærens is, cujus ſagena congregat piſces ex omni genere, & bonos in vaſa eligit, unus & idem eſt Deus Dominus noſter. Sed ô Domine honeſtum quidem ſine dubio officium, ſed valde fallax elegiſti, rarò nimis theſauri inveniuntur præſertim in hac terrâ, & quamvis tu factus homo deſcendiſti de cœlo, & omnem ſubſtantiam tuam impendiſti pro theſauris

his & Margaritis, vereor tamen ut lucrum habeas æquandum impensis. Dolenda res! sed tantò magis etiam, quod non solum Deo damnosa, sed nobis (qui nimirum thesaurus, pisces, & Margaritæ sumus) perniciosa. Nostro enim malo vertitur, si hic homo quod quærit non invenit, nos enim ille thesaurum suum esse vult, nos quærit, si autem non sumus, quis in culpâ? nos certè, ergo nobis damna præstanda, quando & quomodo? audi; Sic erit, ait in consummatione sæculi, exibunt Angeli, separabunt malos de medio justorum, hoc est, sordes à thesauris, algas ab unionibus, scorpiones à piscibus, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. En quantum præstandum erit, si quis nostrum thesaurus non erit, bonus piscis non erit. Et quis non exhorrescit, imò quis modo tam sapiens, qui concipiat & penetret hæc! omnia visa sunt tanquam deliramenta, cum tamen Christus clamet. Qui habet aures audiendi, audiat, &, Intellexistis hæc omnia? quasi dicat: multum vestra interest audire & intelligere.

5. *Inv.*

5. *Inventâ unâ pretiosâ Margaritâ abijt.*

Multas quæsivit, & quando vel unam invenit, omnia ad eius emptionem vendidit, apparet. 1. quod multo labore quærens vix unam invenire potuit. 2. quid fecisset multas invenisset, qui pro unâ tantùm fecit? 3. si pro unâ emenda vendidit omnia, si aliam invenisset quid vendidisset, ut illam emere posset? Non enim Deus pretium majus dedit pro mundi totius animabus, quam pro unâ. O homines ad animas quærendas destinati hoc considerate, quanti JESUS æstimet animam vel unam, ut pro eius emptione vendat sua omnia. 2. ô animæ, quæ tanti à Christo æstimamini & emimini, hoc perpendite, quantum vos æstimare, & quâ curâ Christo servire debeatis? Magnum Christi damnum si peritis, sed nec à vobis alienum, quia vos estis, quæ peritis, & in æternum quidem peritis: aut ergo propter vitandum Christi damnum, aut propter vestrum interitum vos curate.

A. M. D. G.